CODICES ORIENTALES
BIBLIOTHECAE REGIAE HAFNIENSIS

JUSSU ET AUSPICIIS REGIIS

ENUMERATI ET DESCRIPTI.

PARS ALTERA.

CODICES HEBRAICOS ET ARABICOS CONTINENS.

HAFNIAE.

EX OFFICINA SCHULTZIANA.

1851.

CODICES HEBRAICI ET ARABICI

BIBLIOTHECAE REGIAE HAFNIENSIS

JUSSU ET AUSPICIIS REGIIS

ENUMERATI ET DESCRIPTI.

HAFNIAE.

EX OFFICINA SCHULTZIANA.

1851.

PRAEFATIO.

Quae incrementa litterae orientales in Europa quotannis ceperunt, ea catalogos codicum manuscriptorum, quibus thesauri bibliothecarum nemini aut perpaucis cogniti in lucem proferantur, quam maxime exigunt, quare descriptio codicum manuscriptorum orientalium, quorum et copia et praestantia *bibliotheca regia Hafniensis* plurimis bibliothecis occidentalibus antecellit, jam temporibus b. regis *Frederici VI.* constituta erat. Ea quidem ratione bibliotheca nostra plerisque alienis longe praestat, quod, quae ex codicibus orientalibus alibi saepissime casu, sive ut spolia ex bellis reportata sive alio modo congesta, inveniuntur, hic maximam partem certo consilio et summo labore acquisita sunt. Quibus igitur praecipuis rationibus copia codicum Hebraicorum et Arabicorum in bibliothecam nostram olim confluxerit, paucis commemorare nobis liceat. Eximium ante omnia locum tenet expeditio illa orientalis a viro immortali *Niebuhrio* et itineris sociis auspiciis b. m. R. *Frederici V.* a. MDCCLXI—VI. eo consilio suscepta, ut nova adjumenta, quibus studia litterarum sacrarum et orientalium in patria alerentur, undique congererentur. Qui uberrimi fructus inde percepti sint, omnibus notum est: CL. fere codices Hebraici, Arabici, Persici maxime in Aegypto cura viri celeberrimi *Frid. Chr. de Haven* coempti ad bibliothecam regiam accesserunt. Ex codicibus Hebraicis in hoc itinere acquisitis *Kennicottius* ad opus suum

criticum in vetus Testamentum conscribendum VIII. codicibus, ut in singulis catalogi numeris adnotatum est, liberalitate regia sibi commodatis usus est.

A. MDCCLXXIX. cel. *Suhm* collectionem apographorum Arabicorum, cel. *Reiskii* emptam bibliothecae regiae annua pecunia sibi et viduae superstiti constituta tradidit, quae quamquam pretium codicum in oriente transscriptorum minime habent, cum aliis conjuncta materiem criticae perutilem exhibent.

A. MDCCLXXXV. bibliotheca regia codices Arabicos et Persicos CCLVIII maximam partem argumenti historici et medici, qui *Christ. Gottlob Kratzensteinio*, in Universitate Hafniensi Professori Physices et Medicinae, titulo hereditatis ex India orientali venerunt, accepit, et eodem fere tempore vir cel. *Georgius Höst* ex civitate Maroccana in patriam redux nonnullis codicibus Arabicis bibliothecam dilavit.

A. MDCCCXXIII. cel. *Dan. Gotth. Moldenhawer* Bibliothecae regiae Praefectus meritissimus codices Hebraicos et Arabicos XXIII. legavit, et a. MDCCCXXX. liberalitate Proconsulis Hafniensis *I. H. Mundtii*, Regi a consiliis status, et *B. Wolfii*, domini praedii Engelholm in Sielandia, bibliotheca regia codices nonnullos Arabicos et Persicos in oriente collectos accepit. A. MDCCCXLV. omnes codices Hebraici et Arabici in bibliotheca Universitatis servati, annuente Rege augustissimo, in regiam bibliothecam translati sunt.

Nulla occasione codicum orientalium copiae augendae praetermissa, duobus annis abhinc auctoritate *E. C. Werlauffi*, praefecti bibliothecae, codices IX. Arabici et Turcici, a b. *C. T. Falbio* in civitate Tunetana et regno Graeciae olim summo mercaturae procuratore (General-Consul) relicti, acquisiti sunt, inter quos Cod. Arab. sub No. CCLXXXVI optimae notae prae ceteris notandus est.

His de comparatione codicum praemissis jam ad viros, qui de codicibus describendis bene meriti sunt, transeamus.

Codicum Hebraicorum et Arabicorum descriptio brevissima a S. Rev. *Adlero*, rerum sacrarum in Ducatu Slesvicensi antistite, in usum bibliothecae elaborata et Catalogo Manuscriptorum Collectionis veteris inserta per longum tempus unicum fere hujus generis litterarum praesidium fuit. (cfr. *J. Erichsen*, Udsigt over den gamle Ma-

nuscriptsamling i det store Kongelige Bibliothek, Hafniae 1786. p. 4—9.) Cujus vestigia vir eximia doctrina b. *M. H. Hohlenberg* in Universitate Hafniensi Dr. & Prof. Theologiae persecutus catalogum codicum Hebraicorum, codicibus Arabicis in hoc opere antepositum, diligentissima cura confecit ejusque editionem paravit. Quae ne ad finem perduceretur, mors tristis et immatura effecit.

Inter codices Arabicos codices charactere Cufico exaratos idem S. R. *Adlerus* libello, qui inscribitur: „Descriptio codicum quorundam Cuficorum partes Corani exhibentium in bibliotheca regia Hauniensi et ex iisdem de scriptura Cufica observationes novae, Altonae 1780 4to", diligenter perscrutatus est; quae studia Rev. Mag. *Jac. Chr. Lindberg* continuavit et in epistola Francogallice scripta: „Lettre à M. le Chev. P. O. Bröndsted sur quelques médailles cufiques dans le cabinet du Roi de Danemarck .... et sur quelques *Manuscrits cufiques*, Copenh. 1830 4to", eximia diligentia et doctrinae copia de antiquissima Arabum scriptura disputavit.

Codicum Arabicorum charactere recentiore exaratorum catalogum in usum bibliothecae privatum conscriptum vir doctissimus b. m. *Janus Lassen Rasmussen*, in Universitate Hafniensi Prof. LL. Orientalium, exhibuit et excerpta in opere: *Fundgruben des Orients* T. IV. p. 325—29 publici juris fecit, quem successor in munere secundus b. m. *Car. Theod. Johannsen* castigavit ejusque editionem auspiciis regis b. m. *Frederici VI.* a. MDCCCXXXVII paravit. Quod ne prospere eveniret, infirmissima valetudo et mors a. MDCCCXL litteris funesta effecerunt. Jacuit aliquamdiu opus inceptum usque ad tempora regis b. m. *Christiani VIII.* Augustissimi litterarum fautoris, qui consilio quatuor virorum constituto: b. m. *C. F. de Rumohri*, *E. C. Werlauffi*, *J. Olshauseni* in Universitate Kiloniensi LL. Oriental. Professoris, *Joh. Nic. Madvigii*, tunc in Universitate Hafniensi L. Lat. Professoris, catalogos codicum omnium manuscriptorum in bibliotheca regia servatorum edi jussit. Quorum catalogorum prima pars, codices Indicos amplectens, in lucem jam a. MDCCCXLVI. prodiit, quam haec altera pars, praeter descriptionem codicum Hebraicorum ab *Hohlenbergo* relictam codices Arabicos continens, studiis assiduis cl. *Olshauseni* denuo castigata et ea ratione tractata, quam status hodiernus litterarum Arabicarum in occidente cultarum postulat, mox secuta esset, nisi

tempora et belli casus humanitatis studiis infaustissimi intervenissent. Septemdecim plagulis typis excusis et a cl. *Olshauseno* emendatis inde ab a. MDCCCXLVIII. usque ad hunc annum opus intermissum est, quum *A. F. Mehren*, in Universitate Hafniensi Lector Litterarum Semiticarum, auctoritate illustrissimi *J. N. Madvigii*, rerum sacrarum et scholasticarum omnium praesidis, permotus ex voluntate praefecti bibliothecae et auctoris opus ad finem perducendum et edendum suscepit.

Quam partem ultima pars catalogi codicum orientalium, quae codices Persicos, Turcicos ceterosque linguarum orientalium nondum descriptos continebit, auspice deo O. M. non longo intervallo temporis interjecto excipiet.

Hafniae. Pridie Idus Septemb. a. MDCCCLI.

Conspectus Argumenti.

I. **Codices Hebraici.** Pag. 1—31.

II. **Codices Arabici.**

21) *Codices Grammatici.* Pag. 110—117.

CLXXV. el-G'urg'ânii centum regentes.
CLXXVI. Commentarius el-Idha'h in Zamachscharii el-Mufaszszil.
CLXXVII. 'Hasan Pâschae comment. in Mutarrizii Miszbâ'h.
CLXXVIII. Ibn el-'Hâg'ibi Câfiah, Mutarrizii Miszbâ'h, G'urg'ânii centum regentes.
CLXXIX.-LXXXII. Ibn el-'Hâg'ibi Câfiah et comment. fragmenta.
CLXXXIII. et Tekûnii annotationes: „el-Fawâid el-'alijet"; comment. Mu'hji ed-dîni in 'Husâm ed-dîni comment. in Atir ed-Dîni Isagogen; Qutb ed-dîni comment. in esch-Schemsijje.
CLXXXIV. Comment. in Ibn el-'Hâg'ibi esch-Schâfia.
CLXXXV. Ibn-Mâliki Alfija.
CLXXXVI. Comment. in Ibn Mâliki Alfijam.
CLXXXVII. Bedr ed-dîni el'Aini comment. in dicta probantia.
CLXXXVIII. Ibrâhimi b. A'hmed el-'Halebi poëma.
CLXXXIX. esz-Szinhâg'ii Agrumia.
CXC. Comment. in Agrumiam.
CXCI. et CCCIX. Merâ'h el-arwâ'hi, 'Izzî, el-Maqszûd.
CXCII. Comment. in Merâ'h el-arwâ'h.
CXCIII. Dinqûzi comment. in Merâ'h.
CXCIV. Gabrielis Far'hât grammatica Arab.
CXCV. Exercitationes grammaticae.

22) *Codices Lexicales.* Pag. 117—119.

CXCVI. G'auharii lexicon Arabicum.
CXCVII. Particula lexici G'auhariani.
CXCVIII. Firûzâbâdii el-Qâmûs.
CXCIX. A'hmedis b. Mu'hammed el-Maqarri lexicon: „el-Miszbâ'h el-munîr".

23) *Codices Rhetorici.* Pag. 119—124.

CC. Et-Teftâzânii el Mutawwel.
CCI. Et-Teftâzânii el-Muchtaszar.
CCII. Ibn el-'Abbâsi commentarius in versus a Qazwînio allegatos.
CCIII. Sujûtii 'Uqûd el-G'umân.
CCIV.-V. Ibn 'Hug'g'ae comment. in Bedi'iah. P. I.—II.
CCVI. El-Munâwii columna eloquentiae.
CCVII. Et-Ta'âlibi de miraculis eloquentiae et de breviter dictis; sententiae 'Alii b. Abi Tâlib.
CCVIII. Exordia epistolarum et contractuum specimina.
CCIX. Ibn Zhâfiri „Ex tempore dicta insignia".

24) *Anthologiae et collectiones.* Pag. 124—134.

CCX. Raudh el-achjâr i. e. Prata optimorum.
CCXI. Excerpta e libro anthologico: rei'hân el-albâb.
CCXII. Nûr ed-dini anthologia: Kitâb el-Murqisz wel-Mutrib; pars 'Hamâsae.
CCXIII. Excerpta e Nuweirii Encyclopaedia.
CCXIV. Ibn Abi 'Hag'alae anthologia erotica.
CCXV. Ibn 'Hug'g'ae Fructus foliorum.
CCXVI. Ka'bi b. Zuheir poëma in laudem prophetae; collectio carminum; carmen jambicum de historia chalifarum.
CCXVII. Carmen el-Bâunii, Ibn el-Werdii certatio gladii et calami, Ibn Dureidi carmen Maqszûra.
CCXVIII. Anthologia Jûnusi.
CCXIX. Ibn 'Âszimi anthologia.
CCXX. Quaestiones theologicae Ibn et-Tûsii; Schihâb ed-dîni „hortus puerorum" et „stellae currentes".
CCXXI. Diwanus Ibn Chafâg'ae.
CCXXII. Diwanus Ibn-'Afîf ed-dîni et-Tilimsâni.
CCXXIII. Diwanus Ibn-Sûdûni el-Beschbaghâwi.

25) *Codices narrationes et similia continentes.* Pag. 134—140.

CCXXIV. Consessus el-Hamadânii.
CCXXV.-XXVIII. Consessus el-'Harîrii.
CCXXIX.-XXX. Ibn Nubbâtae commentarius in Ibn-Zeidûni epistolam.
CCXXXI. *Mu'hammedis el-Azheri* „Margarita splendens de certatione pontis cum insula"; descriptiones lepidae duae contentionis duarum urbium sanctarum; *Sujûtii* „argumenta dilucida de praeferenda Mekka aut Medina"; *Zamachscharii* en-Nawâbigh; *ed-Dewânii* et *Qanâlii* tractatus de calamo; *Ibn-'Hug'g'ae* tractatus de scalpro; *Ibn el-Werdii* et *Ibn Nubbâtae* tract. de certatione gladii et calami; Abû 'Hanîfae praecepta.
CCXXXII. Mu'hammedis b. A'hmed el-Muqri collectio narrationum lepidarum.
CCXXXIII. Collectio narrationum lepidarum.
CCXXXIV. Narrationes fabulosae.

CODICES HEBRAICI.

I.

(N. 1. in 4to, olim N. 8.)

Codex membranaceus in 4to maj., folia, ut nunc est, 381 habens, in quo continetur *Vetus Testamentum*, quadrato charactere scriptum, cum punctis vocalibus et accentibus et utraque Masora. In priore parte, Lege Prophetisque prioribus, atramentum, quo picta sunt puncta, admodum pallidum est. Ab initio et fine mutilus est codex; incipit enim Gen. 22, 9. verbis המקום אשר אמר. et desinit Neh. 13, 17. verbis ומחללים את; præterea lacunæ sunt inter 1 Regg. 6. 19. extr. et 8, 34. vv. האדמה אשר: inter Dan. 4, 20. vv. וגם־חיות et 5, 28. vv. פריסת מלכותך: inter Esr. 5, 3. vv. אתה עליהון et 8, 32. vv. ימים שלשה: denique inter Neh. 10, 1. v. אמנה et 12. 3. init. — Prophetica scripta ordine vulgo recepto exhibentur. Ordo Hagiographorum hic est: Chron., Psalmi, Job., Prov., Ruth, Cant., Eccles., Threni, Esther, Daniel, Esra cum Nehemia. — Textus ternis columnis descriptus est, exceptis libris poeticis, Psalmorum, Jobi et Proverbiorum, qui binas tantum columnas habent: stichometrice enim, ut fiere solet, licet minus accurate, scripti sunt hi libri, et Jobus quidem ab initio capitis 3. usque ad c. 42, 6. Nonnullis præterea locis textus una columna scriptus est, partim propter exitum librorum — ut fol. 16. v. et 17. r., in quo posteriore terminatur liber Genesis: fol. 89. v. usque ad 93. r. in fine Deuteronomii a c. 31, 20; fol. 179. v. — 181. r. in fine libri Regum; fol. 275. v. — 277. r. in fine Prophetarum; fol. 319. v. — 320. r. in fine Chronicorum; — partim propter locos poeticos secundum morem receptum stichometrice scribendos: fol. 24. v. et 25. propter Exod. c. 15, fol. 148. v. — 150. v. propter 2 Sam. c. 22. Canticum etiam Deboræ, Judd. c. 5, solito more stichice scriptum est. — Singularum Legis *Paraschurum* initia eo quo sæpius fieri solet modo, primis literis vocis פרשה (literis פ, ר et priore parte literæ ש) in margine adscriptis indicata sunt. Notatum est simul, quænam iis *Haphturæ* respondeant. Item Psalmorum numeri in margine exteriore additi sunt, a prima manu, ut videtur, eodem quo textus atramento scripti. Spatium, quo singuli V. T. libri separantur, diversum est, modo paucarum, modo plurium linearum.

Masora parva solito more inter columnas et in margine exteriore, magna in superiore et inferiore scripta est, illic, ut plerumque fieri solet, binis, hic ternis lineis comprehensa. Frequenter, maxime in margine inferiore, in diversas ornamentorum figuras scripta est, sæpe subtilissime; similiter ea, quæ locos una columna scriptos circumdat. Post absolutas singulas e quattuor majoribus librorum classibus ante se-

quentis classis initium insertæ sunt eius generis observationes et annotationes, quæ sacris libris in codicibus adjici solent; ut post Pentateuchum, a fol. 93. v. usque ad f. 96. r., diversitates lectionum Criticorum Ben Ascher et Ben Naphthali, sine vocalibus scriptæ; numerus versuum, vocum, literarum, Parascharum in Lege; formæ, quas proprias habet liber Genesis; post Prophetas priores f. 181. v. et 182. r. numerus annorum, quos complectuntur singuli libri prophetici, priores ac posteriores; post Prophetas posteriores f. 277. v. et 278. r. observationes de voce אותם in diversis libris plene aut defective scripta, item de voce אלהים; quæ omnia singulis in paginis limbo quadrato includuntur, quo continentur literis majoribus scriptæ observationes de diversis vocum formis obviis. Extra limbum in fine prophetarum posteriorum alia quaedam adduntur, ut exempla vocum per totum alphabetum, quibus ה interrog. præfixum est; voces semel tantum certa quadam forma occurrentes, alphabetica recensio locorum, in quibus particulæ אל et על cum iisdem vocibus usurpantur, et alia. Similia etiam scripta sunt in fine codicis fol. 381. r. col. 1; cuius folii ultimi pagina versa nihil habet.

Quattuor in locis adscripta reperitur temporis definitio, eadem ubique et eodem fere modo expressa; primum fol. 96. r. infra observationes hic exhibitas et intra limbum, quo circumdantur, ita scriptum est:

:· וסי׳ ⁘ ·: ש׳ ה״ ויא ליצירה :· : אשיר :· ·:

similiter fol. 182. r.:

:· ש׳ ה״ ואחד כשר ליצירה : וסי׳ אשיר עוזו :·

deinde f. 278. r.:

:· ש׳ ה׳ ויא ליצירה ⁘ וסי׳ אשיר עוזו :·

denique f. 310. r. post absolutum librum Chronicorum:

: ·: ש׳ ה ויא :· וסי׳ אשיר :· ·:

Anno igitur post mundum conditum 5011, p. C. n. 1251, codex scriptus esse perhibetur. Apparet autem, haec addita esse ab alia manu.

In catalogo codicum, qui in usum operis *Kennicottiani* adhibiti sunt, quemque exhibet auctoris *Dissertatio generalis in Vetus Testamentum hebraicum*, hic recensetur sub num. 173. A *C. Niebuhrio* eum allatum esse, docet Catalogus Bibliothecæ Regiæ antiquus.

II.

(N. 1. in fol., olim N. 2.)

Codex membranaceus in folio, foliorum 523, *Vetus Testamentum* continens, charactere quadrato satis eleganter et accurate scriptum.

Loco tituli fol. 1. r. hæc scripta sunt, quibus ad loc. Jos. 1, 8. respicitur:

לא ימוש ספר התורה הזה מפי ואהגה
בו יומם ולילה למען אשמר
לעשות ככל הכתוב
בו כי אז אצליח
את דרכי ואז
אשכיל
א׳ב״ר
אני וזרעי וזרע זרעי מעתה
ועד עולם
ס׳ ס׳ ס׳

Deinde ante ipsum sacrum textum exhibentur variæ annotationes et observationes criticæ in Veteris Testamenti libros; primum fol. 1. v. sqq. variae lectiones Criticorum Ben Ascher et Ben Naphthali, sine vocalibus et accentibus scriptæ; tum observationes in Pentateuchum singulosque eius libros, quæ iisdem vulgo subjici solent, de numero versuum, vocum, literarum, sectionum, quæ in eo continentur, de loco medio librorum, de numero annorum, quorum historia in Legis libris continetur, de vocibus certa quadam forma in

iisdem obviis aut non obviis cet.; enarratio vocum, quæ conjunctæ sæpius occurrunt in Pentateucho cum aliqua diversitate, fol. 2. v. sqq.; deinde discrepantiæ nominum propriorum in genealogia libri Genesis et primi libri Chronicorum, fol. 4. r.; computatio numeri annorum, quos complectitur historia in libris Josuæ, Judicum, Samuelis, Regum, Jesaiæ, Jeremiæ, Ezechielis et duodecim Prophetarum (sive libri Hoseæ, ut vocatur: ספר הושע הוא ספר שנים עשר נביאים), cum indicatione eorum, qui libros propheticos et hagiographos scripserint*), fol. 4. r. extr. sq.; recensus vocum vel constructionum, quæ in uno libro aliter quam in reliquis V. T. libris occurrunt, fol. 4. v. sqq.; recensus octodecim locorum, qui a scribis mutati sunt (תקון סופרים), f. 5. v.; carmen, quo præstantia legis celebratur, סדר סוד התורה inscriptum, ibid.; dissertatio de Keri et Kethib, סדר סוד התיבות inscripta, fol. 5. v. sq.; recensus eorum, quæ scripta sunt, sed non legenda, סדר כתיב ולא קרי, f. 6. r.; de literis cum aliis permutatis, חלוף האותיות, f. 6. v.; voces, quæ semel paenacutæ, מלעיל, occurrunt, alias semper acutæ, מלרע. ibid.; voces, quæ semel scriptæ sunt plene cum Vav quiescente, quum alias semper defective scribantur, f. 7. r.; voces, in quibus deest litera א, in Lege, Prophetis et Hagiographis, ibid.; octo voces, quæ semel cum masculino, semel cum fœminino suffixo occurrunt, ibid.; recensus locorum 134, in quibus nomen אדני sine Vav scriptum est, f. 7. r. sq.; de voce אותם in variis libris modo cum Vav, modo sine eo scripta, fol. 8. r.; de voce אלהים aut cum Jod aut sine eo scripta, fol. 8. v.; de voce הלוא aut cum Vav aut sine eo scripta, ibid.; recensus locorum 39, in quibus verborum ordo a vulgari diversus est, quum vox alteri secundum vulgarem usum præponenda eidem postponitur, f. 9. r.; recensus locorum, in quibus vocales Pathach et Segol non mutatæ sunt in Kamez, quamquam adest accentus Silluk aut Athnach, ibid.; recensio alphabetica vocum quarundam, quæ vel scriptione vel sono æquivocæ sunt, f. 9. v.; index vocum 44, quæ scriptæ sunt per ו, legendæ vero per י in fine vocis, f. 10. r.; vox לקחת bis, ולקחת semel in V. T. obvia. Omnia hæc a fol. 1. v. usque ad f. 10. r. incl. elegantissime ita scripta sunt, ut per columnas pictis interstitiis distinctas, aut quattuor, ut fol. 1. v. 2. r. v. et 3. r., aut tres, ut f. 3. v. 4, 5 et 6, 7. r., 8. v., 9. et 10. r., aut duas, ut f. 7. v. 8. r., distributa sint, atque limbo ambiente varie picto inclusa, circum quem scripti sunt varii loci biblici, in quibus celebratur lex et commendatur legis pietatisque studium.

Sequuntur f. 10. v. et 11. r. observationes similis generis ac præcedentes, de locis, in quibus scriptum est Jod nec tamen legitur, de voce אדני sine Vav obvia, ita autem scriptæ, ut paginæ, singulæ quidem diverso modo, in plures rhombos literis circumscriptos divisæ sint. Prior harum paginarum eodem præterea modo, quo præcedentes, locos biblicos circumscriptos habet.

In duabus paginis sequentibus, fol. 11. v. et 12. r., exhibentur picturæ plures rerum sacrarum, arcæ foederis, candelabri aurei, mensæ panum propositionis, vasculi Mannæ et baculi Aaronis, — altaris ænei, altaris suffimenti, tubarum, aliarumque rerum ad sacros usus pertinentium.*)

Denique fol. 12. v. additur recensus Haphtararum, qui quidem neque cum ordine inter Hispanienses Judæos recepto neque cum Germanicianorum usu perfecte convenit, magis tamen cum illo.

*) Cf. ad cod. III.

*) Similia, nisi forte eadem, in aliis quoque codd. reperiuntur; cf. e. gr. cod. bibliothecae cl. *De-Rossii* no. 782.

Post albam paginam priorem fol. 13. r. sequitur a pagina eiusdem folii versa usque ad f. 520. v. ipse sacrorum librorum textus, binis columnis in quavis pagina scriptus, cum punctis vocalibus et accentibus nigriore atramento quam ipsæ literæ adscriptis, addita Masora magna et parva, hac in margine interiore et exteriore, illa in superiore et inferiore; superior margo binas lineas habet, ternas inferior; nonnullis in locis, ubi hoc linearum numero Masora capi non posset, reliqua in varias figuras protracta sunt. — Locus Numer. 7, 25—77. (ad voc. בני) puncta vocalia addita non habet, exceptis vv. 30. 36. 42. 48. 54. 60. 66. 72. et posteriore parte eorum versuum, qui hos proxime præcedunt; accentus autem adsunt. Initia Paraschiarum solito more in margine notata sunt: cf. ad cod. I. Singuli quum Legis libri tum ceteri quattuor linearum spatio separantur; minores autem Prophetæ, qui conjunctim unum tantum librum efficiunt, unius modo aut duarum linearum. — Ordo Prophetarum vulgaris est; Hagiographorum hic: Psalmi, Job., Prov., Ruth, Eccles., Cant., Threni, Esther, Daniel, Esra (qui cum Nehemia unum librum facit, sine ullo inter utrumque interstitio), Chronica. Tres libri poetici, exceptis Jobi capp. 1. 2. et c. 42, 7—fin., more consueto scripti sunt stichometrice. Additi sunt a prima manu psalmorum numeri.

Post absolutum librum integrum sequentia a scriptore eius fol. 521. r. addita et picto limbo inclusa sunt, quibus in suum usum se hunc librum Legis, Prophetarum et Scriptorum in uno volumine conscripsisse, et mense Tammuz anni post mundum conditum 5061. qui æræ christianæ est ann. 1301, absolvisse testatur, bona pro se et posteris suis vota addens, locum autem, in quo nomina ipsius et patris eius scribenda erant, vacuum relinquens:

אני א
זצ״ל
כתבתי זה הספר לעצמי
וסדרתי בו תורה נביאים
וכתובים בכרך אחד
וסיימתיו בחדש תמוז שנת
חמשת אלפים וששים
ואחת לבריאת עולם׳ "
המקים ברחמיו יקיים בי
ובזרעי ובזרע זרעי מקרא
שכתוב לא ימוש ספר
התורה הזה מפיך למען ל
תשמר לעשות ככל הכתוב
בו כי אז תצליח את דרכיך
ואז תשכיל : ועוד כת׳ בני
תורתי אל תשכח ומצותי
יצור לבך : כי ארך ימים
ושנות חיים ושלום יוסיפו לך:
אמן אמן אמן:

His verbis observationes masorethicæ cum ornamentis pictis adscriptæ sunt.

Postremum, fol. 522. et 523. r., additum est calendarium Judaicum, quo sub titulo סדר קבוע החדשים והמועדות, *ordo fixus mensium et festorum*, indicatur, ad quodnam annorum genus pertineant anni cum simplices tum intercalares, ab anno 5062 (p. C. n. 1302) usque ad 5108 (p. C. n. 1348), et quattuor deinde tabulis ostenditur, in quemnam hebdomadis mensisque diem annis, qui notantur signis ב׳ח׳ג׳, ב׳ש׳ה׳, ג׳כ׳ה׳ et ה׳כ׳ז׳*), incidant dies sacri festique.

In catalogo *Kennicottiano* hic codex commemoratur sub num. 178.

III. IV.

(N. 2. 3. in fol., olim N. 5. 6.)

Codex membranaceus in forma folii minoris, duobus voluminibus constans, quorum prius folia

---

*) De quibus cf. Bartoloccii Bibliotheca Rabbin. P. II. p. 415. sqq.

219, alterum 232 habet, totum *Vetus Testamentum* continens, elegantissime scriptum, cum vocalibus et accentibus et utraque Masora. Vocalibus, ut sæpius, caret locus Num. 7, 19. (a voc. קְעָרַת) usque ad v. 83. (vocc. בני שנה חמשה), exceptis primis versibus et posteriore parte postremorum versuum in singulis eius sectionibus (cf. ad cod. II.); accentus autem adscripti sunt. — Tomus prior continet Pentateuchum et Prophetas priores, alter Prophetas posteriores ordine recepto et Hagiographa, quorum ordo hic est: Chron., Psalmi, Jobus, Proverbia, Ruth. Cant., Eccles., Threni, Esther, Daniel, Esra, Nehemia. Textus, si paucos locos poeticos excipias, binis columnis descriptus est; tres libri אמ״ת stichometrice. Interstitio modo duarum, sæpius trium, nonnunquam plurium linearum separantur singuli Scripturæ libri; Prophetæ minores trium; inter Esræ et Nehemiæ libros relictum est unius lineæ spatium. — Paraschæ Legis nullo interstitio separatæ sunt. Initia earum solito more in margine notata sunt (cf. ad cod. I.) a prima manu; item Psalmorum numeri. Atramento autem multo nigriore et serius, ut apparet, plerisque libris præscripti sunt tituli vulgo usurpati et in margine notati capitum numeri secundum receptam divisionem.

Ipse sacer textus incipit demum Tom. 1. fol. 13. v.; in præcedentibus, a fol. 1. v. — prima enim pagina codicis nihil inscriptum habet — usque ad f. 12. v. incl. variæ exhibentur annotationes et observationes, quales Bibliorum libris in codicibus addi solent; primum index locuples vocum, quæ in Lege plene aut defective quoad literas ו et י scriptæ sunt, secundum singulas paraschas ordine dispositus, f. 1. v. — 8. v.; deinde præcepta de pericopis Scripturæ, quum ex Lege tum e Prophetis, quæ in festis diebus per totum annum in conventibus sacris recitandæ sint, f. 8. v. — 11. v.; computatio temporis spatii, quod amplectuntur libri Legis, Josuæ, Judicum, Samuelis, Regum, Jesaiæ, Jeremiæ, Ezechielis, Hoseæ, (i. e. duodecim Prophetarum, cf. ad cod. II.) Chronicorum et Esræ, f. 11. v. sq.; traditio de viris, qui Veteris Testamenti libros scripserint*) (cf. cod. II, in quo eadem habentur); denique paucæ e lectionum diversitatibus inter Criticos Ben Ascher et Ben Naphthali, f. 12. v. Hæc omnia ternis columnis descripta sunt et limbo quadrato majoribus literis exarato cincta, quo partim, in prioribus et postremis foliis, observationes traduntur de vocibus et formis a vulgari usu discedentibus, maxime ad vocales et accentus pertinentes, initio rhythmice compositæ, partim commendatur lex legisque et Scripturarum linguæque studium. In duabus primis paginis additus est exterior limbus, minusculis literis scriptus, quo, verbis magnam partem iisdem atque in illo, inculcatur gravitas et necessitas studii Scripturis impendendi. Similiter post absolutum Pentateuchum, fol. 124. r. et v., et post absolutos Prophetas priores, fol. 219. r. et v., quod postremum est tomi prioris, observationes masorethicæ traditæ sunt, binis columnis scriptæ et limbis cinctae; in fol. 124. v. exhibentur variae lectiones Criticorum B. Ascher et B. Naphthali, adscriptis punctis. — Foll. 13. r. et 125. r. nihil inscriptum habent. — Tomi posterioris octo folia ultima, 225. v. usque ad 232. v. observationes diversi generis, ternis columnis

---

*) Scilicet: *Mosen* scripsisse quinque libros Legis et Jobum, *Josuam* suum librum et octo versus in Lege (a verbis וימת שם משה usque ad לעיני כל ישראל Deut. 34, 5—12), *Samuelem* suum librum, Judices et Ruth, *Davidem* et *duodecim Seniores* Psalmos, *Jesaiam* suum librum, Proverbia, Cant. Cantic. et Ecclesiasten, *Jeremiam* suum librum et libr. Regum et Threnos, *viros Synagogæ magnæ* Ezechielem, duodecim Prophetas et Danielem, *Esram* suum librum et Chronica.

scriptas, offerunt, ut de usu accentuum; de vocibus בן, את, כל, cum diversis vocalibus occurrentibus; de accentuatione librorum אמת; de vocibus, quæ semel oxytonæ, alias semper paroxytonæ sunt; indicem alphabeticum variarum lectionum, quæ in locis parallelis occurrunt; indicem alphabeticum vocum, quæ in eadem forma semel cum præf. ב et semel cum כ occurrunt; de pronom. הם aut cum ־ָ aut cum ־ֶ scripto; de diversitate scribarum in iisdem vocibus aut cum ־ָ aut cum ־ַ efferendis; de singularibus lectionibus R. Pinechasi; de duabus vocibus legendis, quum una tantum scripta sit (ut בגד — בא גד Gen. 30, 11.) et vice versa; nomina accentuum, exempla locorum, in quibus occurrunt, et regulas de eorum usu; de literis singulari modo scriptis; indicem alphabeticum vocum, quæ scriptæ sunt cum י in media voce, quum legendum sit ו, et vice versa; recensionem vocum, in quibus pron. suff. secundæ personæ scriptum est כה; voces semel cum ה et semel cum י in fine occurrentes; alias semel cum א et semel cum ה in fine; voces punctis extraordinariis notatas; voces non scriptas, sed legendas, et vice versa; et quæ cetera hujus generis sunt. Limbo, quo cinguntur hæc omnia, continuatæ sunt observationes de vocalisatione vocum quarundam a communi recedente.

Masora, quæ textui librorum in marginibus addita est, in margine superiore, ut fieri solet, binis, in inferiore ternis lineis, præterea in margine exteriore et interiore et plerumque etiam inter columnas una linea verticali, pulcherrime et accurate scripta est simplicique modo sine figuris et ornamentis, duabus tantum primis Pentateuchi paginis exceptis, Tom. 1. f. 13. v. et 14. r. In folio autem 101. r. tomi posterioris, inter finem Prophetarum f. 100. v. et initium Chronic. f. 101. v., ad observationes scribendas adhibita est circuli figura, in sectiones divisa. Atque eodem modo fol. 221. v., post absolutam ipsorum librorum sacrorum scriptionem, appinguntur observationes de usu accentuum.

Fol. 222. r. scriptor codicis nomen suum, patriam et ætatem indicavit, laudes simul addens ejus viri, in cujus gratiam librum scripsit, et pias pro eo et posteris ejus preces; sed ex iis, quæ scripta fuerunt, septem lineæ in media fere pagina crasæ sunt. Quæ supersunt, hic habes:

אני יצחק פראנקו הסופר כתבתי זה
הספר הנותן אמרי שפר ארבעה ועשרים
בעזרת האל יוצר כל היצורים תורה נביאי'
וכתובים' יעלת חן אילת אהבים וכתבתיו
לאיש החמודות המדובר בו נכבדות' ביחס
ובמדות · לו עשר יהות הובר מישרים·
חמדת השרים והישרים · ערבו נאה · ויהי
. . (septem lineæ crasæ) . .
תנצבה האל יזכהו להגות בו הוא וכל
זרעו ויקיים בו לא ימוש ספר התורה
הזה מפיך וגו' ונגמר בעיר שאן פ'
פיליזיש ממלכות קאשטילייא שנת
בך יברך ישראל לפרט היצירה מהאלף
הששי

Apparet igitur, codicem scriptum esse a quodam *Isaaco Franco, in urbe Sancti Felicis regni Castiliae, anno p. m. c.* 5222, i. e. æræ Chr. 1462; quod quin ita se habeat, non est cur dubitemus. Scriptum esse codicem in usum *Josephi* cujusdam, colligi inde potest, quod in limbo ambiente hujus paginae et præcedentis aureis literis nitidissime scripti sunt loci biblici, quibus Josepho benedicitur, et in priore quidem pagina Deut. 33, 17. et Gen. 49, 24., in sequente Gen. 49, 22. 25. 26. usque ad voc. גבעת incl.; reliquis locus non suffecit. Duæ hæ paginæ præterea elegantissime ornatæ sunt.

Pagina, quæ deinde sequitur, fol. 222. v., nihil habet. In quinque autem sequentibus, f. 223. r. — 225. r. incl. traditur *Historia Antiochi* hebraice, eadem, quæ in Bartoloccii Bibl. Rabb. Tom. 1. p. 383. sqq. exhibita est, sed

in pluribus lectionibus ab huius textu nonnihil recedens, quasi alia versio eiusdem archetypi chaldaici.*) Punctis vocalibus instructa est, sed ad leges grammaticæ hebraicæ parum accurate positis. Exitus huius historiæ hic est: האל אשר עשה עמהם נסים ונפלאות ונתן שונאיהם בידם והמשילם עליהם: הוא ירחם עלינו ויצילנו מעבדות לחירות וירם קרנינו על כל שונאינו ויקיים לנו יהוה אלהינו קרא דכתי׳ מה נאוו על ההרים רגלי מבשר וגו׳ ונאמ׳ יסף יהוה עליכם ככם אלף פעמים ויברך אתכם כאשר דבר לכם חזק. Postrema, e Deut. 1, 11. petita, sine vocalibus scripta sunt.

Ad calcem ultimæ paginæ hæc verba scripta sunt: *reuisus per me Laurentium Franguellu'* 1575; et inferius, quantum e scriptura parum perspicua et admodum pallida apparet, *visto p. mi fr. Bernardo Mod*a. 1626.

Inter codices *Kennicottianos* hic recensetur sub num. 175. Inter *Niebuhrianos* eum refert catalogus Bibliothecae Regiae antiquus.

V.

(N. 2. in 4to, olim N. 9.)

Codex membranaceus in 4to maj., foliorum 363, *Vetus Testamentum* continens, quadrato charactere scriptum, cum punctis vocalibus et accentibus et utraque Masora. Textus ternis columnis scriptus est, exceptis libris Psalmorum, Proverbiorum et Jobi 3, 1 — 42, 6., qui una columna stichometrice scripti sunt, itemque poeticis illis locis in historicis libris, qui suo modo scribi solent. Locus Num. 7, 19. (קערת וגו׳) usque ad v. 83., exceptis quæ excipi solent (cf. ad cod. II. et III. IV.), vocalibus punctis et accentibus caret. Prophetarum ordo a vulgari non recedit. Ordo Hagiographorum hic est: Psalmi, Prov., Jobus, Daniel, Ruth, Cant., Thr., Esther, Eccles., Esra cum Nehemia, Chron. Singulorum librorum aut voces initiales, ut in libb. Levit., Judd., Sam., Regum, Jes., Jer., Ezech., et omnibus Hagiographis, aut tituli vulgo usurpati librisque præmissi, ut in lib. Josuæ et Prophetis minoribus, item vocabulum ספר Deuteronomio præmissum, aureis literis majoribus picta sunt ornamentisque cincta. Voces etiam initiales cap. 2di, 3tii et 4ti Threnorum, et literæ, quibus initia Paraschárum Legis in margine indicantur (cf. ad cod. I.), auro obductae sunt et ornatae. Psalmi, ut numeri eorum in margine adscripti ostendunt, numerantur modo קנט, ut duo in unum conjuncti fuisse putandi sint; sed quinam, dici non potest propter lacunam, quam indicabimus. Masora in margine inferiore per totum fere codicem, paucissimis modo paginis exceptis, in diversas figuras, animalium, florum, foliorum aliasve multiplices, descripta est, similesque sæpius offert margo exterior; rarissime autem superior, in quo Masora plerumque simplici modo scripta est duabus lineis aut subinde una tantum.

Codex et initio et fine mutilus est, pluresque lacunas habet; incipit Exod. 25, 33. verbis מְשֻׁקָּדִים בַּקָּנֶה הָאֶחָד כַּפְתֹּר וָפֶרַח; praeterea lacuna est inter verba אֲשֶׁר לֹא Lev. 27, 11. et כֹּל יֹצֵא צָבָא Num. 1, 36.; inter v. נַעֲלָה Num. 10, 11. et initium cap. 12mi; inter vv. לְיָשׁוּב מִשְׁפַּחַת Num. 26, 24. et מֵהוֹדְךָ עָלָיו c. 27, 20.; inter Ps. 105, 12. fin. et Ps. 139. (qui in hoc cod. est 138vus) v. 12. init.; inter vv. הָאֱלֹהִים יָבִא Eccl. 12, 14. et עוֹלָם Esr. 9, 12.; inter לָכֶם כֹּהֲנִים 2 Chr. 13, 9. et בַּקָּר שִׁבְעָה מֵאוֹת c. 15, 12.; denique codex desinit verbis עִם־יִשְׂרָאֵל כֹּל בְּנֵי 2 Chr. 25, 7.

Ætas codicis pluribus in locis indicari videtur. Post absolutum enim librum Samuelis (secundum), fol. 121. v., in forma rhombi scrip-

*) Cf. Catal. Mss. Bibl. Senat. Lips. pag. 275. — *Historia Antiochi* seu *Volumen Ant.* codicibus biblicis sæpius additum reperitur, tum hebraice, tum chaldaice; cf. e. c. cod. *Kennic.* 374. 578. 599. 613. all. *De Rossi* cod. 418. 850. all.

tum legitur: בשנת ארבע אלף וחמש מאות וששה · וסי' i. e. *anno* 4506, qui æræ Christianæ est annus 746; item post absolutum librum Regum (secundum), fol. 154. r. in secunda paginæ columna desinentem, in tertia columna scriptum legitur: בשנת ארבעה אלף וחמש מאות וששה · וסימן דתקכד, et paullo inferius "דשרו". Idem annus 4506 præterea ad finem libri Jesaiæ ita significatur: סימן דתקו; post librum duodecim Prophetarum per סימ' דתקו; post librum Danielis item per דתקו; post librum Threnorum per דשיו; denique ad calcem libri Ruth, figurae sexangulari, quæ ad summam versuum eius indicandam picta est, inscriptæ sunt literæ כד אל'חקו, quibus eundem illum numerum exprimi (בשנת ד' אלפים וגו') dubitari vix potest. Sed, ut hæ literæ manum seriorem aperte produnt, ita ceteri loci laudati omnes manifestam præ se ferunt corruptionem, quum literas modo has modo illas pro aliis erasis scriptas esse appareat; atque accuratius inspicienti dubium vix esse potest, in prioribus duobus locis primitus scriptam fuisse summam versuum in dictis libris contentorum, et post librum quidem Samuelis אלף וחמש מאות וששה, post librum Regum אלף וחמש מאות ושלשים וארבעה*); post libros vero Jesaiæ et duodecim prophetarum scriptam exstitisse notam יתקק, quæ his libris, ut Threnis quoque et Ecclesiastæ, sæpe additur; post Danielem scriptum fuisse חזקו, quod etiam legitur ad finem libri Estheræ; denique post Threnos lectum antea fuisse השיבנו, e v. 21. repetitum; ex quibus omnibus paucarum literarum mutatione numerus iste effici potuit, eoque sine dubio consilio fictus est, ut antiquissimus et antiquitate præstantissimus codex esse videretur. Quamnam autem ætatem vere habeat, aut a quo scriptus sit, affirmari non potest.

---

*) In formam rhombi summa versuum post libr. Samuelis et Regum scripta reperitur etiam in cod. VIII.

In catalogo *Kennicottiano* hic codex notatur numero 172. Est codex *Niebuhrianus*. secundum catalogum Bibliothecae Regiae antiquum.

VI.

(N. 3. in 4to, olim N. 10.)

Codex *Veteris Testamenti* membranaceus in 4to min., folia habens 312, literis quadratis minoribus parum eleganter per ternas columnas scriptus; posterior tantum Psalmorum pars, a 117mo inde (fol. 245. r.—248. v.), et poetica pars Jobi (f. 249. v.—256. v.) binis columnis et stichometrice scriptae sunt; ceteri autem Psalmi et Proverbia non item; poetici loci in historicis libris eo quo scribi solent modo. Nigerrimo atramento adscripta sunt puncta vocalia et accentus. Ad calcem librorum notatus est versuum, quos continent, numerus; paucis in locis, maxime in propheticis libris, in margine additæ sunt lectiones Masorethicæ (Karjan); ceterum vero Masoram codex non habet. Initia Paraschrum Legis solito modo in margine indicantur; item in margine Psalmorum numeri. Ad locos propheticos lectionibus publicis destinatos notatur, ad quasnam Paraschas quosve dies festos pertineant.

Mutilus est codex initio et fine; incipit enim Gen. 2, 7. init. et desinit 2 Chr. 32, 22. verbis סַנְחֵרִיב מֶלֶךְ. Videri etiam possit periisse folium unum, in quo scriptus fuerit finis Deuteronomii; postrema enim huius libri verba, post עוֹד בְּיִשְׂרָאֵל c. 34, 10., in ipso codice non habentur, sed rabbinicis literis in inferiore parte paginæ fol. 80. v. adscripta sunt; atque inter hoc et fol. 81. est quasi pars reliqua folii abscissi; at plagula tamen, cuius pars haec habenda esset, justum foliorum numerum habet. Folii 81. pagina prima sine scriptura relicta fuit, Pentateuchum a Prophetis separans. Item inter Prophetas priores et posteriores alba relicta est una pagina, fol.

153. r., et inter Prophetas et Hagiographa prima paginæ columna fol. 227. r. — Ceterum alia quædam, quæ in textu scribendo negligentius omissa fuerunt, in margine aut inter columnas adscripta sunt, literis quadratis, fortasse a codicis punctatore. — Psalmorum libris quattuor posterioribus, qui parvo interstitio a præcedentibus separantur, tituli additi sunt quadratis literis majoribus. Seriore autem manu rabbinica singulorum librorum tituli per totum codicem scripti sunt itemque capitum numeri additi secundum vulgarem divisionem. — Ordo Hagiographorum hic est: Ruth, Psalmi, Jobus, Prov., Eccles., Cant., Thr., Daniel, Esther, Esra (cum Nehem.), Chron. Prophetarum ordo vulgaris est.

Quando et a quo scriptus sit codex, nusquam indicatum est.

In catalogo *Kennicottiano* notatur numero 176. Codex *Niebuhrianus*, secundum catalogum Bibliothecae Regiae antiquum.

VII—IX.

(N. 4—6. in 4to, olim N. 11.)

Codex *Veteris Testamenti* membranaceus in 4to, quadrato charactere pulchre et diligenter scriptus, cum punctis vocalibus et accentibus et utraque Masora. Textus librorum ternis columnis descriptus est, exceptis libris אמ״ת, qui binis columnis et, si prosaicas libri Jobi partes excipias, stichometrice scripti sunt; item poeticis locis, qui suo modo scribi solent: Exod. c. 15, Deut. c. 32, Judd. c. 5. et 2 Sam. c. 22. Vocalibus caret locus Num. 7, 19—83. exceptis tantum iis versibus, qui sæpius hoc respectu excipiuntur (cf. codd. II. III. et V.); accentus autem adpositi sunt.

Codex in tres tomos divisus est, qui in una theca asservantur. Primus tomus, folia habens 93, in ff. 4—91. continet Pentateuchum. Prima vox בראשית aureis literis picta est ornamentoque cincta. Paraschارum initia solito modo indicata sunt; numeros capitum octodecim primorum Genesis serior manus in margine adscripsit. Tomus secundus, foliorum 191, Prophetas priores posterioresque ordine recepto, et post hos Chronicorum librum continet. Duæ huius tomi plagulæ male transpositæ sunt; quum ea, quæ foliis, ut nunc sunt, 177—184. constat, antecedenti, fol. 169—176., præponenda fuisset. Tomus tertius folia habet 66, in quorum 64 prioribus cetera Hagiographa hoc ordine continentur: Psalmi, Proverbia, Jobus, Daniel, Esra (cum Nehemia), Ruth, Cant., Thr., Eccles., Esther. In initio autem tomi unum folium deest; fol. 1. enim incipit verbis Ps. 10, 14: עָלֶיךָ יַעֲזֹב חֵלְכָה; quum vero prima, quæ nunc est, plagula integra sit, octo folia complectens, postrema autem tomi secundi plagula nonnisi septem habeat, cum hac conjunctum fuisse videtur folium illud, quod periit, unde colligi potest, eum, qui codicem scripserit, non diversos tomos distinguere voluisse, sed hanc, quæ facta est, divisionem alii cuidam deberi. Ut numeri Psalmorum a prima manu in margine adscripti sunt, ita in libro Jobi quoque singulæ personarum loquentium orationes viginti novem numeris, distinctæ et notatæ sunt.

E Pentateuchi libris Exodus et Deuteronomium in suprema parte columnæ incipiunt; Leviticus et Numeri quattuor linearum spatio a præcedentibus separantur. Prophetæ priores et e posterioribus maiores trium, minores duarum, Hagiographa plerumque trium linearum spatio separantur. Summa versuum, quos singuli libri continent, nonnunquam ad calcem eorum indicata reperitur, non semper.

Masora magna solito modo scripta est, binis in superiore, ternis in inferiore margine lineis. Plerumque in hoc, et sæpe quoque in illo in varias figuras descripta et producta est.

Præter ea, quæ sacrorum librorum textum exhibent, tomus primus ab initio tria folia

habet (f. 1—3.) et ad calcem duo (f. 92. 93.), item tomus tertius ad calcem duo (f. 65. 66.), e quibus fol. 1. tomi primi in priore, f. 92. eiusdem tomi in posteriore, cetera omnia in utraque pagina literis minusculis inscriptos habent psalmos psalmorumque locos, quibus laudes Dei et beneficia eius erga populum Israeliticum prædicantur, sed maximam partem eosdem sæpius repetitos, artificioso modo per varias circulorum, rhomborum, columnarum aliasve figuras scriptos et inter se connexos, additis etiam auri variorumque colorum ornamentis: quæ figuræ in singulis hisce paginis circumdatæ sunt limbo quadrato eiusdem ubique ambitus, tribus lineis constante, quarum media majoribus, exterior et interior minoribus literis scripta est, quibusque diversæ observationes et regulæ continentur de scriptione, vocalisatione, natura, usu cet. vocabulorum et literarum. Fol. 92. v. tom. 1. media limbi linea scriptum offert locum Deuter. 33, 13—17. a verbis ולְיוסֵף אמר usque ad בכור שורו. — Apparet, hæcce folia, quum partes non efficiant plagularum, quæ ad textum huius codicis scribendum formatæ et adhibitæ sunt, separatim primum exstitisse et codici deinde agglutinata esse; simul autem, quum forma et ambitus eorum, quæ iis inscripta sunt, cum ratione, qua liber ipse scriptus est, accurate conveniat, eum in finem illa conscripta fuisse, ut huic libro adnecterentur. Præterea fol. 91. v. tom. 1mi col. 3. post absolutum librum Deuteronomii, item fol. 90. v. col. 1. ad latus cap. 32di Deut., quod duabus tantum columnis descriptum est, et fol. 64. v. tomi tertii, in fine col. 3tiæ post absolutum librum Estheræ, plures ex iisdem psalmorum locis, quos folia supradicta exhibent, similiter artificioso modo scripta reperiuntur.

Ætatem codicis, cuius certa indicia non adsunt, ad initium saeculi p. Chr. n. sexti falsarius aliquis referre studuit; annum enim judaicum 4262 (i. e. Chr. 502) fol. 3. r. tomi primi plus una vice indicatum reperimus; quum enim duarum columnarum, in quarum figuram hic compositi sunt psalmorum loci, parti superiori a manu seriore et deletis ut videtur iis, quae antea ibi scripti erant, inscriptum est, alteri: דר ∴ כב, alteri כב ∴ דר; tum in limbi cingentis media linea majusculis literis scripta, plures in literis erasis aut mutatis conspiciuntur manifestæ corruptiones, ad annum illum effingendum factæ; ita superne hoc legitur בשנת ∴ דק בקהל הך i. e. anno 4262, ubi dubitari non potest, primitus scripta fuisse verba Ps. 40, v. 10.: בשרתי צדק בקהל רב; item in parte paginæ inferiore, ubi scriptus fuit locus Prov. 14, 4.: באין אלפים אבוס בר, duorum vocabulorum ultimorum corruptio facta est, ut esset אלפים ארבעה, et mox, ubi probabile est, scripta fuisse verba כי חמה פן e loco Job. 36, 18., cuius verba יסיתך בספק (sic) deinde sequuntur, pro illis nunc habetur רבבב ∴; et aliæ praeterea corruptiones in eundem finem susceptæ cernuntur.

Paginæ versæ primi folii tomi primi, quæ alba relicta fuerat, inscriptae deinde sunt literae donationis, quibus vir quidam *Joseph fil. R. Jakob*, suo testiumque nominibus subscriptis testatur, se hunc codicem viginti quattuor librorum filio suo *Judæ* dono dedisse anno 5252 post creationem mundi (i. e. anno Chr. 1492) in urbe *Tunis*.

Fol. 3. v. priori columnae pictae *Davides* quidam inscripsit, se hunc codicem emisse anno 5520 (1760), sed magna pars huius scripturæ tantum non deleta est; item postremæ tomi primi paginæ, fol. 93., inscripta fuerunt nomina duorum possessorum codicis, sed ea prorsus deleta sunt.

In catalogo *Kennicottiano* hic codex memoratur sub No. 171. Inter *Niebuhrianos* refert eum catalogus Bibliothecae Regiae antiquus.

X.

(N. 4. in fol., olim N. 1.)

Codex membranaceus in folio, folia habens 350, quadratis literis iisdemque majusculis exaratus, cum punctis vocalibus et accentibus, atramento nunc multis in locis admodum pallido adscriptis. Initio mutilus est, et quædam præterea folia nonnihil lacerata. Continetur in eo: 1) *Pentateuchus*, *hebraice et chaldaice*, ita scriptus, ut singulis versibus hebraicis chaldaici ex Onkelosi paraphrasi subjiciantur. Chaldaico textui accentus parcius adscripti sunt quam hebraico; at minime prorsus desunt. Incipit codex fol. 1. r. verbis Gen. 7, 11. עָשָׂר יוֹם לַחֹדֶשׁ. Locus Num. 7, 24—83. paraphrasi chaldaica caret, et vv. 32—83. vocalium etiam signis; accentus autem, qui vulgo usurpantur, plerique adscripti sunt. Singulæ legis Paraschæ distinctæ sunt partim majoribus literis, quibus scriptæ sunt voces earum initiales, partim spatio unius duarumve linearum plerumque inter eas relicto. Singuli Pentateuchi libri quattuor aut quinque linearum spatio separantur. Tituli autem nulli omnino adsunt. 2) Finito Deuteronomio fol. 281. r. col. 2. med. adduntur *quinque Megilloth, hebraice*, hoc ordine: Canticum canticorum, Ruth, Threni, (ad cuius finem libri repetita sunt e versu 21. cap. 5ti verba: הֲשִׁיבֵנוּ יְיָ,) Ecclesiastes, (post quem notata est summa omnium versuum eius: רכ״ב,) Esther. 3) Sequuntur deinde fol. 301. r. *Haphtaroth* seu lectiones propheticæ, in sabbathis aliisque diebus festis legendæ, *hebraice*; singulis prænotatum est, ad quosnam dies pertineant, quibusve Paraschis respondeant. Post Haphtaras quinque ad festum Paschatis pertinentes fol. 339. r. inserta est earundem *paraphrasis chaldaica Jonathanis*, præmissis hisce scriptoris verbis: עתה אכתוב תרגום של הפטרות כסדר; simili modo fol. 341. v. inserta est paraphrasis duarum Haphtararum ad festum Pentecostes pertinentium. In ea, quæ circa Haphtaras receptas obtinet inter Hispanienses et Germanicianos Judæos discrepantia, codex modo cum his modo cum illis facit.

Chaldaicæ paraphrases passim quum in scriptione vocabulorum tum in ipsis vocibus a textu earundem in libris editis expresso nonnihil differunt.

Codex scriptus est binis columnis, exceptis tantum tribus postremis paginis, fol. 349. v. et f. 350. r. et v., in quibus continua linearum scriptio adhibita est, probabiliter quod alioquin membrana ad omnia perficienda non suffecisset, quod quidem his verbis ad finem ultimæ paginæ, nunc ex parte propemodum deletis, indicare voluisse videtur codicis scriptor: הפטרה אחרוני של סוכות כתבתי אותה בסוף הספר מפני הדחק׃

A scriptore hic illic quædam negligentius omissa fuerunt, quæ in marginibus deinde ab ipso, ut videtur, adscripta sunt. Discrimen literarum majuscularum et minuscularum in certis quibusdam vocibus, atque alia, quæ in scriptione codicum V. T. vulgo observari solent, omnino neglexit.

Quo tempore scriptus sit codex aut a quo, nusquam indicatum reperitur.

Emtus fuit a Frid. Rostgaard Venetiis a. 1699. — In recensu codicum, qui ad opus Kennicottianum examinati fuerunt, hic non memoratur.

XI.

(N. 5. in fol., olim N. 4.)

Codex membranaceus in forma folii maximi, foliorum 290, quadratis literis scriptus, cum punctis vocalibus et accentibus.

Continetur in eo: 1) *Pentateuchus, hebraice et chaldaice*, ita scriptus, ut, quemadmodum in cod. X., singulis versibus hebraicis paraphrasis eorum chaldaica Onkelosi subjecta sit, in locis modo poeticis Exod. c. 15. et Deut. c. 32. ad latus textus hebraici in pecu-

liari columna adposita; Chaldaicis accentus non minus adjecti sunt quam Hebraicis. Singulis praeterea legis Paraschis subjectæ sunt lectiones propheticæ *Haphtaroth,* quæ ad illas pertinent, *hebraice*; post Parascham ויהי מקץ Gen. 41, 1—44, 17. præter pericopam e primo libro Regum c. 3, 15. ויקץ שלמה additur etiam lectio e Zacharia 2, 14. רני ושמחי, ad festum חנוכה pertinens. — Chaldaica paraphrasis lectiones passim habet a textu eius edito discrepantes. 2) Finito Deuteronomio fol. 225. r. continuo sequuntur *quinque Megilloth, hebraice*, hoc ordine: Cant. Canticorum, Ruth, Threni, (repetito ad finem v. 21. cap. 5,) Ecclesiastes, Esther; additurque deinde fol. 238. v. sqq. eorundem librorum *paraphrasis chaldaica* prolixior, hoc ordine: Ruth, Cant., Eccles., Thr., Esther; puncta vocalia hic, ut in reliquo codice, addita sunt; accentus raro. — 3) Denique fol. 280. r. sqq. exhibentur ceteræ *Haphtaræ*, in diebus festis singularibus usurpari solitæ.

Textus scriptus est ternis columnis æqualibus, exceptis præter ultimam paginam paucissimis nonnullis, ubi propter initium aut finem libri aut propter poeticos locos exigua scribendi mutatio facta est. — Hebraici textus additam habent utramque Masoram; in superiore et inferiore margine Masora simplici modo scripta est, binis ternisque lineis, ut fieri solet; rarissime ulterius producitur aut in figuras protrahitur. Initia autem singulorum Pentateuchi librorum variis figuris, animalium aliisve, diversimode compositis ornata sunt, quarum formis scriptæ continentur observationes masorethicæ. Prima etiam vox Cantici cincta est orbe caeruleo, in quo pictæ sunt animalium figuræ; voces præterea initiales omnium librorum, Genesi excepta, atque Paraschanum et Haphtararum majoribus literis et colore caeruleo pictæ sunt, additis nonnunquam ornamentis.

Titulo caret codex. Ad calcem autem eius indicaum est scriptoris nomen. Absoluta enim fol. 290. r. extr. postrema pericopa prophetica Jes. 66, 1—fin., cum rèpetitione vers. 23., in fine paginæ hæc verba majoribus literis adscripta sunt: חזק מֹשֶׁה סֹפֵר מֵעֶבְרְמַנְשְׁטַט i. e. *fortis esto Moses scriba ex Ebermannstadt*. Atque alio etiam loco eiusdem viri nomen notatum reperitur; inter illa enim ornamenta, quibus insignitum est Deuteronomii initium, in orbem circa vocem אלה picta sunt verba חזק משה. In eadem illa pagina, in qua codicis argumentum absolvitur, — fol. enim 290. v. nihil inscriptum habet, — in media pagina, ad utrumque latus textus, qui hic brevioribus lineis, sensim decrescentibus et deinde iterum crescentibus, scriptus est, ab alia manu, ut videtur, hæc ætatis definitio addita est: שנת הֹנ̇ לֹ̇ . . ליצירה i. e. *anno a mundo condito* 5050; quo tempus scripti codicis indicari vix dubitari potest; quod si vere dictum est, scriptus est anno Christi 1290.

Inter codices a Kennicotto recensitos hic memoratur sub num. 177.

XII.

(N. 1. rotulorum.)

Rotulus, longus pedes 117 et 9 pollices, latus circiter 2 pedes et 3 pollices mensuræ danicæ, coriis 51 consutis constans. Continet textum *Pentateuchi*, uti in usum Synagogarum scribi solet, eleganter exaratum. Singuli libri Legis exiguo tantum interstitio distincti sunt. Singula coria ternas columnas complectuntur, postremo excepto, quod nonnisi duas habet.

Rotulus more solito munitus est duobus lignis tornatis, et duplici velamento involutus, altero serico, altero viliore bombycino. Additæ sunt fasciæ duæ, quales offerri solent, quum pueri in synogogam inducuntur, altera elegantior, diversis figuris acu varie pictis ornata, annum pueri natalem 492 (i. e. post Chr. 1732), altera vilior, coloribus picta, annum

504, i. e. 1744, præ se ferens. Quamnam ætatem ipse codex habeat, non apparet; certe non magnam.

XIII.

(N. 6. in fol., olim N. 3.)

Codex membranaceus in folio, foliorum 153, literis quadratis grandioribus elegantissime scriptus; singulæ paginæ duodecim modo lineas habent in una columna. Est codex *Pentateuchi*, cuius autem tot folia desunt, ut vere non nisi fragmenta continere dici possit. Partes Pentateuchi, quæ in eo exhibentur, hæ sunt:

Gen. 21, 1. כאשר דבר usque ad Gen. 24, 5. ויאמר fol. 1—10. incl.
— 30, 42. העטפים . . . Gen. 33, 5. וישא fol. 11—22.
— 37, 19. הלזה בא . . . — 41, 28. אל פרעה אשר fol. 23—38.
Exod. 7, 26. אליו כה אמר . Exod. 9, 5. יעשה יהוה fol. 39—43.
— 9, 19. הביתה . . . — 10, 24. fin. fol. 44—49.
— 11, 3. מאד בארץ . . . — 12, 51. בעצם היום fol. 50—57.
— 14, 7. init. . . . . — 14, 27 משה את ידו fol. 58—60.
— 16, 6. כי יהוה . . . — 18, 20. והודעת להם fol. 61—69.
— 21, 7. איש את בתו . . . — 22, 6. כסף או כלים fol. 70—73.
— 23, 15. המצות תשמר . — 28, 21. והאבנים fol. 74—93.
Lev. 2, 5. init. . . . . . Lev. 3, 5. בני אהרן המ' fol. 94—95.
— 4, 10. על מזבח . . . — 6, 5. עליה העלה fol. 96-103.
— 8, 13. כאשר צוה . . . — 10, 12. איתמר בניו fol. 104-111.
— 13. 3. לבן ומראה . . . — 19, 24. כל פריו קדש fol. 112-143.
Lev. 23, 42. בסכת (in fine vers.). . Lev. 25, 38 fin. fol. 144-151.
Num. 12, 3. ענו מאד . . . . Num. 12, 11. נואלנו fol. 152.
— 13, 31. העם כי חזק . . — 14, 5. פניהם לפני fol. 153.

Puncta vocalia cum accentibus non adscripta sunt nisi duobus in locis: 1) in uno folio 78vo, quod exhibet peric. Exod. 24, 12. וְהַמִּצְוָה אֲשֶׁר וג' usque ad 25, 2. כָּל־אִישׁ ; 2) in quattuor paginis fol. 129. v., 130. et 131. r., quæ complectuntur partem Levitici, a verbis רַבִּים בְּלֹא cap. 15, 25. usque ad c. 16, 6. אַהֲרֹן אֶת־פַּר. — Neque adest Masora, sed lineæ ei destinatæ more solito ductæ sunt.

Hic codex emtus fuit a Frid. Rostgaard Venetiis 1699.

XIV.

(N. 7. in 4to, olim in Bibl. Univ. Haun. N. 30. in 4to.)

Codex membranaceus in 4to, foliorum 350, continens *Genesin*, fol. 1. r.—164. v., et *Exodum* fol. 165. r.—301. v., cum *paraphrasi chaldaica Onkelosi; lectiones propheticas*, fol. 302. r. — 342. r.; denique *librum Estheræ* fol. 342. v. usque ad finem codicis. Desunt autem in his nonnulla: unum folium inter ff. 283. et 284., quorum prius terminatur verbis הַתְּרוּמָה אֲשֶׁר Exod. 36, 3., posterius incipit verbis הַיְרִיעֹת אַחַת eiusd. cap. v. 10, pariterque eiusdem plagulæ folium, quod illi respondet, inter ff. 289. et 290., inter vv. טַבַּעֹת זָהָב Ex. 37, 27. et בַּמִּבְעֹת עָשָׂה 38, 7; praeterea quattuor folia inter f. 349. et 350., inter verba וְהַסּוּס עַל־יַד Esth. 6, 9. et בַּחֲמִשָּׁה עָשָׂר c. 9, 18; in fine denique codicis unum folium cum postrema parte libri Estheræ periit; ultima enim verba folii, quod nunc postremum est, 350.. sunt: הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה c. 9, 31. Folium primum et quattuor folia postrema nonnihil lacerata sunt, quo factum, ut eorum, quæ iis inscripta erant, aliquid perierit.

Ipse textus sacer per totum codicem, cum paraphrasi chaldaica in duobus libris legis singulis versibus subjecta, binis columnis exiguæ latitudinis scriptus est, exceptis paginis, in quibus exhibetur canticum Mosis Exod. c. 15. (f. 210. v.—f. 212. v.), quæ unam tantum columnam habent, in qua ipsum carmen solito more per stichos scriptum est; deinde fol. 307. r., in quo ultimi versus Exodi lineis paulatim decrescentibus in formam infundibuli, iterumque crescentibus scripti sunt; denique f. 321. v.—332. v., in quibus solito modo stichometrice scriptum est carmen Deboræ. — Vocabula initialia singularum et Parascharum et Haphtararum majoribus literis exarata sunt, et, ut videtur, serius adscripta; f. 333. r. pericopæ propheticæ 1 Sam. 20, 18. sqq. primum vocabulum ויאמר deest, quod scilicet addere scriptor oblitus esse videtur. — Scriptura quadrata est, non inelegans; adsunt puncta vocalia et accentus. Vitia a scriptore haud pauca commissa sunt, pluribus paucioribusve verbis modo male repetitis, modo prætermissis. Libros legis utraque comitatur Masora; margo superior nonnisi unam lineam habet; duas inferior. Quæ ad finem librorum observari solent, post Exodum fol. 301. v. figuræ circuli inscripta sunt; post Genesin indicata modo est summa versuum huius libri. — Haphtaris singulis superscriptum est, ad quasnam Paraschas quosve dies festos pertineant, et e quibus libris desumptæ sint. Ad pericopas exhibitas quod attinet, modo cum Germanicianorum, modo cum Hispaniensium usu conveniunt.

In margine foliorum exteriore, seu potius in singulari columna extra duas, quas textus verba occupant, diversæ autem in diversis paginis latitudinis, per totum codicem additus est *commentarius Raschii*, rabbinicis literis absque vocalibus scriptus, et ita quidem, ut nonnunquam pro ratione locorum copiosior latius extendatur, per marginem superiorem et inferiorem, (ut ad Genes. c. 49., Exod. c. 15. c. 21—23. al.,) quin partem aliquam columnæ proximæ biblico textui destinatæ occupans (ut f. 229. v. sqq. ad Ex. c. 21.); alibi brevior sit, ut integræ paginæ passim, et plures subinde continuæ, commentarium non habeant. — Auctoris nomen explicationi præmissum est; incipit enim commentarius ad Genesin fol. 1. r. his verbis: אמ׳ ר׳ יצחק וג׳

Nomen suum scriptor codicis indicasse videtur fol. 331. r., ubi post absolutas Haphtaras, quæ ad Paraschas libri Exodi pertinent, hæc verba adjecit:

חזק	i. e. "Fortis esto
ונתחזק :	et nosmet confirmemus !
בריך רחמנא דיהב	Benedictus misericors qui
חילא ליעקב עבדיה :	tribuit robur *Jacobo servo suo.*"

Fol. 301. v. post absolutum commentarium in librum Exodi, in infima pagina, recentiore manu scriptae sunt literae: תשפ״ח לפ״ק, quibus codicis aetatem aliquis videtur voluisse indicare. Sed is fraudulenter egit et certissimum est, hunc librum non esse scriptum anno jud. 788. (post Chr. n. 1028.), ut recte vidit *Guil. Abr. Teller*, ad calcem editionis Latinae diss. secundae Kennicottianae, pag. 141. Cf. praeterea *P. J. Bruns* ad Kennicotti Diss. gen. in V. T. a se editam, pag. 562. et *de Rossi* in Varr. lectt. V. T. Vol. I. pag. CXXXIII. No. 92.*) Minus perspicacem se exhibuit *A. A. H. Lichtenstein*, qui uberiorem hujus codicis descriptionem dedit in libello, qui inscribitur: Programma, duorum codicum Hebr. adhuc parum cognitorum descriptionem exhibens. Helmst., 1776. 4to.

---

*) Varias de hac subscriptione conjecturas formavere Tellerus, Brunsius et de Rossi, quarum tamen nulla probari potest. Numerus 788 non est corruptus e 988., ut putabat Tellerus; non sunt efficiae literae תשפ״ח e voce ותשעה, in Masora finali libri Exodi obvia, ut suspicabatur Brunsius; non est denique verisimilis de Rossii opinio, veram codicis aetatem postremis tantum literis פח indicari.

Codex hic, quem olim possederunt Dan. Ern. et Paulus Ern. *Jablonskii*, deinde *R. A. Fabricius*, professor Helmstadiensis, cum cod. nostro XVI. postea pervenit in bibliothecam universitatis Hauniensis, e qua nunc in bibl. Regiam transiit.

XV.

(N. 2. rotulorum.)

Rotuli fragmentum, unum modo corium exhibens, longitudinis fere 2 pedum, latitudinis fere 1 pedis et 10 poll., quod *initium Geneseos* continet, a principio libri, voce בראשית tamen non expressa, usque ad 3, 21. אֱלֹהִים לְאָדָם, tribus columnis scriptum.

XVI.

(N. 8. in 4to, olim in Bibl. Univ. Haun. N. 31. in 4to.)

Codex membranaceus, in 4to, folia nunc præter duo chartacea ab initio addita — 378 habens*), *Prophetas priores et posteriores ac Hagiographa* continens, quadrato charactere scriptus, cum vocalibus et accentibus, et utraque Masora. Prophetarum ordo vulgaris, hagiographorum hic est: Chron., Psalmi, Jobus, Prov., Ruth, Cant., Eccles., Thr., Esth., Dan., Esr., Nehem. Folia nonnulla membranæ et scripturæ recentioris seriore tempore addita esse apparet; primum fol. 1. et 2. in quorum prioris pag. 1. titulus inscriptus est, de quo infra dicetur; versa eiusdem folii pagina et fol. 2. nihil inscriptum habent; deinde folia quædam ad antiquioris libri lacunas explendas inserta, ut fol. 343. in quo scripta est ultima pars Ecclesiastæ, a verbis ולא לגבורים c. 9, 11. usque ad finem libri; ff. 350. et 351, in quibus continetur pars libri Estheræ, a verbis את רעת המן c. 8, 3. usque ad c. 9, 14. fin.; sunt vero hæc duo folia male transposita, atque desiderantur praeterea cap. 9. vv. 15—17.; sequuntur enim folio 352. verba וְהַיְּהוּדִים אֲשֶׁר וג׳ c. 9, 18., ita tamen, ut ante haec verba una linea et dimidia in initio paginæ erasæ sint. Sunt denique recentioris originis quattuor ultima folia, 375–378, quorum prioribus tribus inscripta est postrema pars Nehemiæ, a verbis בנימין מבני יהודה c. 11, 4. usque ad finem libri; folium quartum nihil habet scripti. Quæ serius ita adjecta sunt, solas literas consonantes, easque diversissimi moduli, habent, neque punctis additis neque Masora. Præterea vero deest inter fol. 118. et 119. unum folium, in quo initium libri Jesajani periit; incipit enim fol. 119. a verbis c. 1, 24. לָכֵן נְאֻם הָאָדוֹן; item unum folium inter 374. et 375, cui inscripta fuit pars Nehemiæ inter verba בָּהֶם וַיָּשֻׁבוּ c. 9, 28. et verba supra laudata c. 11, 4.

Textus librorum binis columnis scriptus est, exceptis libris אמת, qui unam modo habent, distinctione tamen per versus aut stichos minus accurate observata; item Judd. c. 5, quod solito modo stichometrice scriptum est; denique f. 118. v., quo absolvuntur Prophetæ priores. Finito Malachia f. 237. r. col. 2. pagina eiusdem folii versa sine scriptura relicta fuit, incipiente Chronicorum libro fol. 238. r. Singuli libri plerumque trium linearum spatio separati sunt, rarius, ut nonnulli e Prophetis minoribus et quinque Megilloth, duarum, Esra et Nehemia unius lineae. Psalmorum numeri in margine a prima manu adscripti sunt, numerus autem עג bis positus, ad ps. 73tium et 74tum, et deinde prætermissus num. עח, ita ut inde a 79no rectus numerandi ordo servatus sit. In ceteris libris recentiore manu adscripti sunt numeri capitum secundum divisionem receptam. Masora magna duabus comprehenditur lineis in margine superiore, tribus in inferiore.

Temporis, quo scriptus sit hic codex, certum indicium non exstat. In folio quidem 119. r., quod nunc primum est libri Jesajani, in extremo margine superiore annum aliquis his verbis

*) Numeris quidem signata sunt codicis folia, sed parum accurate.

loci Jes. 30, 15. charactere rabbinico formæ in Hispania olim usitatæ scriptis notavit:

בשנת בשובה ונחת תושעון

בהשקט ובבטחה תהיה גבורתכם לפק

unde, computatis literis, quæ punctis notatæ sunt, שטי, ni fallimur, efficitur annus 319 seu æræ chr. 1559; sed haec a codicis scriptore non sunt addita, verum a codicis possessore quodam, qui nomen suum juxta apposuit; eius literæ jam paene deletæ sunt.

Longe seriore tempore adjecta sunt duo folia, quæ nunc prima codicis sunt membranacea, quorum prius titulum inscriptum habet, versibus homoeoteleutis compositum, in quo hic liber prophetarum et hagiographorum (ספר הנ״ך יפה) allatus esse dicitur in Europam e regione transmarina per virum Hierosolymitanum, *Salomonem Salman, filium judicis Jeremiæ Fürst Germani.* Scripta sunt haec Regiomonti sub imperio regis Friderici Wilhelmi. Integer titulus hic est:

הדור

אתם ראו זה ספר

הנ״ך יפה

מגלת סתרים ומגילה עפה *

מספרא רבא בנקודות וטעמים מיופה *

ובמסורה גדולה וקטנה על צדדיו חופה *

והובא מעבר לים לחלק הישוב הג׳ האירפה *

על ידי איש זקן נכבד ירושלמי ובידו הי׳ פרופה *

וניצול מזוטא של ים בעברו דרך הים יפה *

והקלף עם הכתב מרוב ישנותו גז חיש ונעפה *

נראה ונדחה וחזר ונראה ע׳ נפש יפה חיה

שורפה * הה׳ הרב מהורר שלמה זלמן בן

הדיין מהורר ירמי׳ פירשט אשכנזי שליט״א

שחש על עליהו לתרופה * והעביר מעט מזעיר

בקולמסו כמו בתוך העלמות תפיפה *

שלא תהא בת מלך כשפחה חרופה * ועגלה

היפיפיה כעגלה הערופה * וזאת הנשקפה *

שהוא ברורה שפה * ניפה בשלש עשרה נפה *

בקיניגשבערג תחת ממשלת מלך פרידריך וויל״ •

העלם יר״ה כלתה נפשי וגם נכספה *

Titulum hunc circumdat ornamentum calamo pictum, in quo repræsentantur Moses et Aaron, ad utrumque tituli latus, et David, supra eundem. In infima pagina tituli auctor annum huius compositionis prodit, verbis hisce e Numer. 13, 18. petitis expressum: בשנת וסדר העם היושב עליה החזק הוא הרפה * לפק h. e. anno 476. seu p. C. n. 1716; itemque nomen suum:

זה השער ציירתי בצילו ישבתי וגם חמדתי נאום יוסף באא

כמהורר אליעזר שליט״א מקק אוויא הסמו׳ לק׳ נארדאק

Ejusdem viri manu adjecta esse videntur folia illa recentiora, codicis lacunis explendis destinata.

Duo denique, ut supra indicavimus, praefixa sunt codici folia chartacea, quorum posterius inscriptionem habet rhythmicam, qua tituli auctor declarat, hunc librum, in devoti animi memoriam, dono se dedisse viro doctissimo Danieli Ernesto Jablonskio (האדון הגדול המלומד דאקטר ודרשן של המלך פרוסיא יר״ה שמו הטוב דאניאל ערנסט יאבלונסקי); priore autem folio idem observat, se folio 120. (quod nunc est 119.) notam illam supra memoratam viri Hispani scriptam reperisse, cuius nomen effert מאנש מנשה, hunc autem non fuisse ipsum libri scriptorem.

Descriptionem huius cod., quam edidit Lichtenstein, in programmate ad cod. XIV. laudato, ex iis, quæ diximus, aliqua ex parte corrigendam esse apparebit.

XVII.

(N. 9. in 4to, olim N. 7.

Codex membranaceus in 4to maj., foliorum 166, quo continetur textus *Prophetarum priorum,* binis columnis, majoribus literis quadratis, sed parum eleganter et accurate scriptus, cum punctis vocalibus et accentibus, at sine Masora. Ad finem libri Josuæ tantum breviter indicatur numerus versuum. Poetici loci Judd. c. 5. et 2 Sam. c. 22. stichometrice scripti sunt. Libro Regum superscriptus est titulus ספר מלכים.

Codicem scriptum et punctatum esse a *R. Hoschaja, fil. R. Josephi* mense Adar secundo anni 5106. a mundo condito, i. e. post Chr. n. 1346, in ultima eius pagina, fol. 166. v., bis traditur, ubi in columna prima haec leguntur:

אני ר' הושעיה בר' יהוסף כתבתי
ונקדתי מקרא זארת מנביאים
ראשונים וסיימתי אותה בחדש
אדר שני שנת המשרת אלפים
ומאה ושש לבריאת עולם המקום
יזכנו ללמוד ולכתוב ולהגות בו
הוא זרעו וזרע זרעו עד סוף כל
הדורות ויקיים ביה קרא דכתיב
לא ימוש ספר התורה הזה מפיך
והגירת בו יומם ולילה למען
תשמור לעשות ככל הכתוב בו
כי אז תצליח את דרכיך ואז
תשכיל

Eadem fere verba in col. 2. repetuntur; tertia tamen linea hic erasa est. Praeterea lin. 6. pro יזכנו col. 1. scriptum est יזכהו, et omissa sunt verba ללמוד ולכתוב, unde colligi poterit, scriptorem hac columna respexisse ad eum, in cujus gratiam scriptus sit codex.

Codex Niebuhrianus, secundum catalogum Bibliothecae Regiae antiquum.

XVIII.

(N. 10. in 4to.)

Codex chartaceus in 4to, foliis constans 81, continens textum hebraicum *Proverbiorum, Ecclesiastæ, Obadiæ et Jonæ* cum *versione germanica.* Textus Proverbiorum ab initio libri ad finem usque capitis octavi literis quadratis sed sine punctis vocalibus in media parte paginæ scriptus est, versio germanica ad utrumque latus literis rabbinicis cursivis; a capite inde nono autem textus hebraicus in dextera parte paginæ scriptus est iisdem, quibus versio, rabbinicis literis, hæcque ad sinistram illius adposita; eademque deinde ratione scripti sunt ceteri quoque libri supra nominati cum versione eorum. In inferiore parte paginæ per totum codicem adscriptæ sunt vocabulorum nonnullorum hebraicorum significationes, plerumque germanica, nonnunquam, in tribus posterioribus libris maxime, latina lingua, item derivationes etymologicae.

Scriptorem codicis primum modo in animo habuisse Proverbia dicta ratione describere, colligi fortasse potest ex hoc titulo, quem prima pagina rabbinicis literis inscriptum habet:

משלי עם העתקה ללשון אשכנז לפני המון עם אשר אינם בקיאם בניב לשון הקודש : בביאר היטב השוה לכל נפש : בהמבורג לפ״ט אמת קנה	i. e. "Proverbia "una cum versione in "linguam germanicam, "pro iis ex populo, qui "non periti sunt linguæ "sanctæ; cum explica- "tione, quæ omnibus "hominibus bene con- "venit." "Hamburgi, anno 495" (i. e. a. Christi 1735.)

Superne in pagina tituli scriptum est nomen יהוה, et infra illud hæc verba latina leguntur: "Esse salutatum te vult mea litera primum;" in infima autem pagina hæc scripta sunt: "omnibus in rebus sanctis mihi spiritus adsit, et regat ingenium viribus omne meum." Infra titulum hebraicum scriptionis tempus his verbis notatum est: "incepi 14 Martii 1735 Deo adjutore;" et in ultima libri pagina legitur: "finitum decimo tertio Octobris 1735 Anni;" inque eadem pagina superne: "Jure tibi grates candide lector ago." — In interiore latere tegumenti chartacei, quo vinctus est codex, eadem, qua hic, manu scripta sunt ænigmata quaedam hebraica.

Scriptoris nomen nusquam notatum est.

XIX.

(N. 3. rotulorum.)

Rotulus, librum *Estherae* continens, longus 8 pedes et $3\frac{1}{2}$ pollices, latus circiter 1

pedem et 3 pollices, sex coriis consutis constans, quæ pro diversitate latitudinis plures pancioresve columnas textus, unam, tres aut quattuor, inscriptas habent. Lignis non munitus est.

XX.

(N. 4. rotulorum.)

Alius rotulus, item librum *Estheræ* continens, longus 11 pedes et 6 pollices, latus circiter 8 pollices, coriis constans novem, quæ pro latitudinis diversitate plures paucioresve columnas habent, duas, tres, quattuor aut quinque; ultimum unam tantummodo habet. Uno ligno ad finem libri munitus est.

XXI—XXVI.

(N. 5—10. rotulorum, olim in Bibl. Univ. Haun. N. 7—12.)

Rotuli sex, continentes singuli librum *Estherae*, praecedentibus omnino similes, sed variae et longitudinis et latitudinis.

XXVII.

(N. 7. in fol.)

Fragmenta membranacea.

1. Sex folia, quibus continentur posterior pars Threnorum et prior libri Estheræ, a Thr. 4, 16. פְּנֵי כֹהֲנִים ad Esth. 7, 8. עִמִּי בַּבָּיִת.

2. Sex folia, quibus continetur pars librorum Esræ et Nehemiæ, ab Esr. 8, 18. הַטּוֹבָה עָלֵינוּ ad Neh. 3, 35. וּפָרַץ חוֹמָתָם.

3. Sex folia, quibus continetur pars libri Jobi a cap. 17, 3. init. ad 28, 11., stichometrice scripta.

Hæc tria fragmenta unius codicis sunt, forma folii, magnis literis quadratis binis columnis scripti, cum vocalibus et accentibus, at sine Masora.

XXVIII.

(N. 8. in fol.)

Fragmenta membranacea.

1. Unum folium, in fol. min., continens locum Genes. 41, 8. init. usque ad 42, 15. אֶת־חֲצֹאנ׃. Textus scriptus est binis columnis; addita sunt puncta vocalia, accentus et Masora.
2. Unum folium, formæ maximæ, maximisque literis scriptum, cum vocalibus, accentibus et Masora, quo continetur locus 2 Regg. 24, 2. גְּדוּדֵי בְנֵי־עַמּוֹן ad 25, 5. וַיַּשִּׂגוּ. Textus ternis columnis scriptus est.
3. Unum folium, continens locum Jes. 29, 13. init. ad 30, 16. נָנוּס עַל, binis columnis scriptum, cum vocalibus, accentibus et Masora, quæ superne ternas, in margine inferiore quaternas lineas complectitur.
4. a. Unum folium, continens partem Psalmorum, a 109, 3. init. ad 112, 8. עַד אֲשֶׁר־יִרְאֶה.
   b. Unum folium, continens partem Jobi, a cap. 28, 13. יָדַע אֱנוֹשׁ ad 30, 25. עָגְמָה.

Hæc duo fragmenta esse videntur unius codicis, binis columnis scripti, cum vocalibus et accentibus atque Masora, quæ superne nonnisi unam, in inferiore margine duas lineas complectitur. Stichometrice non sunt scripta.

XXIX.

(N. 11. in 4to.)

Codex chartaceus, triginta foliis constans, quorum tribus primis totidemque postremis nihil inscriptum est; in reliquis autem, quæ in utraque pagina numeris vulgaribus 1—48. signata sunt, continetur *Epistola ad Hebræos in linguam hebraicam translata*, cum brevi dictionum quarundam explicatione, auctore Judæo converso, cuius nomen inter Judæos antehac erat *Mose Cohen* Cracoviensis, inter Christianos autem vocabatur *Johannes Kemper*, (de quo cf. Wolfii Bibl. Hebr. T. I. pag. 894. no: 1648, T. III. p. 813.,) anno Christi 1713. Titulus integer paginae I. inscriptus hic est:

אגרת אל
העבריים נעתקה בלשון עברי
שהוא לשון הקדש בכל צד
היותר אפשר
ובמקומות (אף כי המה מעט במספר)
הוצג כמו פירוש קטן סמוך
לתיבת לשון הקדש בין שני הצי
לבנות וצורתם כזה ( ) פירוש של
אותו התיבה בלשון רבנן ותלמוד :
כל זה
נעשה בעיון רב ובוונה גדולה
מהבעל תשובה אשר נוקב
בשם בין היהודים לעבר
משה כהן מקראקא
ועתה בין המשוחים נתחדש גם
נשתנה שמו ונקרא יוהן אד
יוהן קעמפער
שנת אלף תשיג למיבא
רל למשיחינו ישוע הנוצרי בן
אל חי

Ipsa versio epistolae pag. 3. incipit et pag. 48. absolvitur. Capita et commata secundum divisionem receptam notata sunt.

Liber charactere quadrato exaratus est, non sine scripturæ vitiis hic illic commissis. Locus, ubi scriptus sit, non indicatur.

XXX.

(N. 12. in 4to.)

Codex membranaceus in 4to, foliis constans 242, rabbinicis literis ad quadratam formam proxime accedentibus charactere inter Judæos Africanos usitato eleganter scriptus, additis punctis vocalibus. Folia a septimo inde hebraicis numeris superne signata sunt, sed non accurate; modo plura folia sine nota prætermissa sunt, modo iidem numeri repetiti, ita ut ex hac numeratione postremum codicis folium, quod cum proxime præcedentibus numeri nota caret, 216tum futurum fuerit.

Continetur in hoc codice *Machsor* seu collectio precum et canticorum, פִּיּוּטִים, quae vocant Judæi, diebus festis solennioribusque sabbathis recitandorum. Titulis superscriptis notata sunt tempora, quibus destinata sunt; ut חנכה, פורים, השבת הגדול, פסח, שבועות, סכות, הושענות, שמחת תורה cet.: ad festum novi anni tantum et diem expiationis nulla reperiuntur. Præter hebraïca poëmata pauca etiam exhibentur chaldaica. Insertæ præterea suis locis sunt cum pericopæ Veteris Testamenti, tum traditiones et præcepta de sacris ritibus observandis, quæ ad dies illos festos pertinent. Ipsis carminibus, quæ fol. 7. r. incipiunt, in quinque foliis præcedentibus, codicis fol. 2—6., præmissus est index eorum secundum literas alphabeti, a quibus incipiunt, dispositus, ad foliorum numeros ablegans. Primum autem folium in utraque pagina exhibet partem precationis Musaph, quae in festo Paschatis recitari solet, sine vocalium signis scriptam: מפני חטאינו גלינו וג׳; tituli instar rubro colore superscripta est appellatio מוסף. Propter hoc codicis, ut nunc est, initium probabile est, præcessisse aliquid, quod perierit; quid autem et quantum, dici vix potest; prima quidem plagula, ad quam pertinet folium primum, integra est, octo foliis constans. Ipsa poëmata artificiose composita sunt, maximam partem acrosticha, quæ literis initialibus stropharum aut versuum aut primorum quandoque vocabulorum sæpe seriem literarum alphabeti hebraici, quamquam non semper accurate, sæpius auctorum nomina exprimunt, nonnunquam utrumque in uno eodemque poëmate conjunctum. Cum auctoribus patres eorum haud raro nominantur. Frequenter inprimis occurrunt nomina *Abraham* seu *Abram*, (semel אברהם בן עזרה ב׳ רבי מאיר,) *Juda*, (in his יהודה הלוי ב׳ ר׳ שמואל,) *Joseph*, (in his Jos. f. R. Isaak, et semel יוסף ב׳ רבי יצחק בן קמחי,) *Isaak*, (sæpissime, nonnunquam *Is. Geuth*, *Is. Hallevi ben Serachjah* cet.,) *Salomo*, (nonnunquam שלמה בן יהודה,) all.

Ex hisce carminibus nonnulla in locis, ubi spatium aliquod paginæ a primo libri scrip-

tore vacuum relictum erat, a seriore manu minusque eleganti addita esse apparet. Item serius adjecta sunt, quæ exstant fol. 54. v. usque ad f. 59. r. incl.; et folia quidem 55—58, in quorum maxima parte continetur carmen in *sabbathum magnum*, auctore אליהו בן שאול הלוי, post librum scriptum adeoque post numerationem foliorum hebraicis literis factam hoc loco inserta esse, inde apparet, quod hæc folia unam plagulam efficiunt, quum, quæ proxime præcedit, sex, reliquæ vero omnes octo folia habeant, quodque fol. 54. signatum est num. מח, f. 59. autem מד. Seriori denique manui debetur etiam postrema codicis pars, a fol. 219. v. med. usque ad finem, fol. 242. v.

Carmen postremo loco positum, in quo poëta doloribus afflictus semet exhilarare animumque lætitia implere studet, in versus arabicos, præcedentibus hebraicis adnexos, hoc modo exit:

אַחֲזִק מָגֵן אַהֲבָתוֹ בְּיָדִי סוּר שְׁבָה נוֹגֵן
בּוֹ יָגֵל כְּבוֹדִי לֵךְ לָךְ רֹגֵן הַנַּח לִי וְדוֹדִי
אל ריאץ' קד פאח   ואל זהר אל עג'יבי
כלני ודעני   נשרב מע חביבי :

seu arabice transscriptum:

الرياض قد فاخ والزهر العجيبى
كلنى دعنى نشرب مع حبيبى

i. e. *Arripiam clypeum amoris eius manu mea; accede, conside, fidicen; exsultet de eo anima mea; abi, contumax, missum fac me et amicum meum. Viridaria fragrant, et flores mirabiles; linque me et missum fac: bibemus cum amico meo.*" Forma פאח usurpata esse videtur pro פאחת (فاخت), ut conveniret cum vocibus hebraicis, quæ huic in reliquis strophis respondent: מִזְבַּח, בְּרַח, נֶאֱנַח, הֶאָח; similiter homoeoteleuti causa formam אלעג'יבי posuit poëta.

Cantiones sacras in hoc codice comprehensas probabile est pertinere ad ritum Judæorum Africanorum, fortasse Tripolitanorum.

Ad calcem libri, in superiore parte paginæ postremæ fol. 242. vers., pauca verba duabus lineis scripta fuerunt, priore rabbinicis literis, sequente quadratis; sed haec maximam partem ita sunt detrita, ut legi vix possint; prior linea incipere videtur a verbo אומר, initium alterius brevioris est א אמר. Paullo inferius scriptum est מש ש ש.

In pag. pænultima et antepænultima (fol. 242. r. et 241. v.) latinis literis aliquid notatum est, quod propter scripturam valde neglectam difficile est lectu; in illa cernitur numerus anni 1595, in hac legitur: . . . . *corretto* 1612. Factam omnino esse correctionem codicis in gratiam Christianorum, inde apparet, quod nomen אֱדוֹם, quo Christianos hostili animo significare solebant Judæi, sæpius oblitum reperitur, e. g. fol. 17. v. sq., ubi in poëmate h. l. posito octies occurrit in hac phrasi; אָהֳלֵי (אֱדוֹם) וְיִשְׁמְעֵאל "tentoria Edomi et Ismaelis", quæ ut deleat rogatur Deus. Item nomen מַגְדִּיאֵל, quo Roma notari solet, oblitum reperitur fol. 36. r.

Temporis aut loci, in quo ipse codex scriptus sit, nullum indicium apparet.

XXXI.

(N. 13. in 4to.)

Codex membranaceus in 4to, foliis, ut nunc est, 728 constans,*) literis quadratis eleganter scriptus, additis punctis vocalibus. Continetur autem in eo *Machsor* sive *Cyclus precum et cantionum,* maximam partem rhythmicarum, quibus in cultu sacro, præcipue in sabbathis aliisque festis diebus utuntur Judæi; sed ad priorem modo anni partem hæ pertinent, ad festum novi anni, diem expiationis et festum tabernaculorum cet., usque ad שבת בראשית incl.

*) Foliorum numeri a seriore manu hebraicis literis superne notati sunt, sed unus numerus prætermissus, quum fol. 566. signatum fuerit תקסו, fol. 571. autem תקעב; nisi forte hic folium periit, in quo tamen, ut videtur, nihil scriptum esse potuit. In numeratione vero arabicis signis posthac indicata unum folium prætermissum est, inter f. 242. et 243.

Exhibentur etiam Paraschae legis et Haphtaræ propheticæ, in sacris conventibus recitari solitæ, atque aliæ Veteris Testamenti partes, quæ ad preces et celebrationes pertinent, in his complures psalmi. Insertæ sunt nonnullis locis breves observationes liturgicæ de officiis in sacro cultu persolvendis, sine vocalium signis scriptæ.

Collatione instituta cum Machsore Judæorum Polonorum Germanorumque secundum editionem Altonanam a. 1804. (מחזור מכל השנה מנהג פולין, tomis II. fol.) apparuit, maximam cum eo esse huic codici convenientiam; respondet is editionis Altonanae tomo priori secundique tomi parti priori usque ad fol. קנב. v., ita tamen, ut in illo nonnulla reperiantur, quæ in hac desunt, alia autem eademque plura in hac, maxime in tomo eius secundo, quibus ille caret; diversitas tamen aliqua ex parte posita est in omissa repetitione formularum sæpius recurrentium; præterea etiam earundem rerum ordo quandoque paullulum diversus est, et verborum diversitates quædam occurrunt.

Initium codicis fol. 1. r. est postrema pars celebrationis Dei in officio matutino, quæ in edit. Alton. exstat Tom. I. fol. ד. v. lin. 1.: ב׳ א׳ יי אלהינו מ׳ה׳ אוזר וג׳. Colligi hinc potest, ab initio aliquid interiisse, unum saltem folium; idque eo confirmatur, quod folium, in membranæ complicatione primo adhærens, olim octavum, item periit; est enim inter sextum et septimum lacuna unius folii; fol. 6. v. terminatur verbis הַשְׁלָמִים מֶלֶךְ Ed. Alt. T. I. f. יא r. lin. 18. (sive l. 13. ipsius textus), et f. 7. r. incipit verbo וּמְלוֹאוֹ ibid. f. יא v. lin. 7. a fine; quæ hic desunt, in marginibus adscripsit aliquis quadratis literis sine vocalibus. Tria præterea folia perierunt: unum, cuius pars exigua adhuc superest, inter f. 43. et 44.; horum enim prius, post absolutum locum alphabeticum (ordine אתבש) אבן חוג (cf. Ed. Alt. T. I. f. קיב v.) additosque deinde nonnullos locos biblicos, terminatur verbis Dan. 2, 21.: מְהַשְׁנֵא עִדָּנַיָּא וְזִמְנַיָּא מְהַעְדֵּה מַלְכִין, posterius autem incipit a verbis וְכַלֵּי חֶרְבָּה מִתְמַיְמֵי וג׳, Ed. Alt. f. קיג r. lin. 20; alterum inter fol. 482. et 483., ubi, quæ desunt, rabbinica manu adscripta sunt; tertium denique, cuius exigua admodum pars reliqua est, inter f. 486. et 487, ubi pariter, quæ perierunt, — e libro Jonæ — in marginibus adscripta leguntur. Item post fol. 559. residuum est parvum frustum folii abscissi, sed hic nihil deest. Quæ in postremis codicis foliis habentur, a fol. inde 723. v., justo loco non sunt posita; pertinent enim ad diem expiationis, et in editione Altonana reperiuntur Tom. I. fol. של r. sq. et שכה v. sq. Absolvitur argumentum codicis fol. 727. r. extr. verbis כִּי בַיּוֹם הַזֶּה יְכַפֵּר אל מלך Ed. Alt. Tom. I. f. שכו v. lin. 11—12. Versa pagina folii ultimi 727. (728) nihil inscriptum habet.

Nonnullis in locis quæ in scriptione libri fortasse prætermissa fuerant, in margine addita reperiuntur; partim, ut probabile videtur, ab ipso codicis scriptore, literis ad quadratam formam proxime accedentibus, modo sine vocalium signis, ut fol. 176. v., modo his additis, ut f. 130 v.; partim ab aliis serioribus, rabbinicis plerumque literis, ut fol. 8. r. 78 v. et sæpius. Rabbinica manu correctiones quoque subinde factæ sunt, atque adscriptæ haud raro observationes quædam, loci biblici aliave; implevit hæc manus præter plures margines paginam etiam priorem folii 572., quam solam in toto libro sine scriptura reliquerat primus libri scriptor; additæ sunt ab eadem manu temporum festorum, ad quæ preces et carmina libri pertineant, definitiones, ex. gr. fol. 23. r.: יוצר ליום ראשון של ראש השנה; f. 119. v.: ליום שני של ראש השנה; f. 256. v.: ליוצר של יום כפור cet. Eorum autem, quæ in margine adscripta sunt, nonnihil abscissum est in ligando codice.

Ea, quæ ipsius libri argumentum faciunt, diversa ratione scripta sunt, nonnunquam per duas columnas in una pagina, quod præcipue valet de locis biblicis; in poëticis scribendis

adhibita est stichometrica ratio, neque tamen semper eodem modo; literæ quandoque majusculæ.

Temporis aut loci, quo conscriptus sit codex, nullum indicium aut vestigium occurrit. Neque titulus ei præmittitur.

XXXII.

(N. 1. in 8vo.)

Codex membranaceus in 16mo, viginti foliis constans, literis maximam partem quadratis elegantissime exaratus, additis punctis vocalibus, non tamen ubique accurate positis. Continentur eo *preces, benedictiones, gratiarum actiones*, in fructu ciborum aliarumque bonarum rerum a Judæis dicendae dicique solitae, uti hoc etiam titulo declaratur, qui primæ paginæ inscriptus est, libri ætatem simul ostendens:

סדר	i. e. "*Ordo benedictionis*
ברכת המזון	"*ciborum*, una cum preca-
עם תיקון קריאת שמ״ע	"tione KeriathSchema, cum
עם ברכת הנהנין עם	"benedictione rerum, qui-
ציורים נאים ותיקון ·	"bus fruuntur homines, cum
קרי העון הגדול והרש״ע	"figuris pulchris, et prae-
והאזהרה בכונה בכל	"ceptis de casu [nocturno]
יום יוצל מכל אשמה ו	"culpæ magnæ et iniquitatis.
ופשע · נכתב פה קק	"Quam qui dicit cum inten-
נ״ש תחת ממשלות א	"tione quovis die, liberabi-
אדוננו המיוח' הקיסר	"tur ab omni reatu et delic-
קארולוס	"to. Scriptus est in coetu
יר״ה בשנת תפ״ח	"sancto Neustadii (?) sub
·:· לפק ·:·	"regimine domini nostri
	"generosi Imperatoris Ca-
	"roli, cuius majestas exal-
	"tetur, anno 488" (i.e. anno
	Christi 1728).

Fol. 8. v. sqq. exhibetur ברכת הנהנין et fol. 13. סדר קריאת שמע.

Quibus temporibus aut occasionibus recitandæ sint hæ preces et benedictiones, nota indicatur, singulis quibusque, lingua nonnunquam hebraica, sed plerumque germanica, literis autem rabbinicis, præscripta.

Libro, quem nitidissimum reddere studuit scriptor, multæ insertæ sunt picturæ, partim ornatus et elegantiæ causa, partim ad repræsentandas et illustrandas res commemoratas, eas maxime, propter quarum largitionem gratiæ Deo agi jubentur. In pagina tituli elegantissima ad dexteram et sinistram Moses et Aaron repræsentantur, atque inferius somnium Jacobi Gen. 28. 12.

XXXIII.

(N. 14. in 4to. olim in Bibl. Univ. Haun. Jud. N. 6. in 4to.)

Codex chartaceus in 4to, foliorum 16, quo continetur *Midrasch in Threnos*, quod in fronte quidem gerit titulum: מדרש איכה רבתי, sed ab impresso ejus nominis libro multum differt, ejusdemque fortasse compendium est. Scriptum est literis minutis, cursivis, quae dicuntur, ejus generis, quo in Hispania et Africa uti solent Judaei. Absolvitur liber fol. 16. r. lin. 6. Scriptionis annus non proditur. Signata sunt codicis folia paginarum numeris 73—104.; olim enim cum codicibus nostris XXXIV. XXXV. XXXVI. XLI. et XLII. aliisque, quae non possidemus, in unum volumen erant compacta hujusque folia continua serie numerata. Migraverunt hic codex atque reliquae ejusdem voluminis partes e Bibliotheca Jo. Christiani Kallii, Hebraicae linguae quondam professoris Hauniensis, in Bibliothecam Universitatis Hauniensis, unde in Bibl. Regiam transierunt.

XXXIV.

(N. 15. in 4to, olim in Bibl. Univ. Haun. Jud. N. 5. in 4to.)

Codex chartaceus in 4to, foll. 3: continet is *observationes varias criticas et grammaticas*. Post introductionem enim de linguae Hebraicae literis earumque pronunciatione,

primum habes recensum annorum, quos complectuntur singuli V. T. libri historici; nomina scriptorum, qui Veteris Testamenti libros composuisse dicuntur; versuum numerum in iisdem libris et id genus alia. Deinde sequuntur observationes grammaticae de literis אהוי et בגד כפת, de accentibus, punctis vocalibus et legendi ratione, e quibus haud pauca ab Ill. Wolf Heidenheim in libro משפטי הטעמים referuntur ad auctoritatem clarissimi saeculi undecimi critici *Ben Ascher*, qui fortasse hujus libelli auctor est habendus.*) Prima codicis verba haec sunt: אלה תולדות · האותיות מועדות · אשר מזהב ומפז חמודות · לי״י הלל ותודות ·. Absolvitur libellus fol. 3. r. lin. 14. Scriptus est eodem fere charactere, quo codex noster XXXIII. Signata sunt folia paginarum numeris 105—110.

XXXV.

(N. 16. in 4to, olim in Bibl. Univ. Haun. Jud. N. 10. in 4to.)

Codex chartaceus in 4to, foll. 30, continens *Commentarium in quinque Megilloth*, in fine mutilum. Adest enim commentarius in librum Esther, fol. 1. r. — 3. v.; in Canticum Canticorum, fol. 5. r. — 15. v.; in librum Ruth, fol. 15. v. — 18. v., et in Ecclesiasten, fol. 18. v. — 29. r.; sed commentarii in Threnos exigua tantum pars legitur fol. 29. v. 30. r., ubi post explicationem c. 1. 10. in media pagina abrumpitur oratio. Codici titulum fecit librarius fol. 1. r. hoc modo: פירוש חמש מגילות להה״ר רבינו שלמה, ita ut *R. Salomonis Isaacidae*, quem *Jarchium* vocare solent, commentarium promittere videatur. Sunt vero hujus scriptoris eae tantum codicis partes, quae spectant librum Esther, Canticum et Ecclesiasten; reliqua non item. Et Threnorum quidem explicatio, ut a doctissimo viro Heimann J. Michael, Hamburgensi, docemur, est *R. Josephi Kara*, Jarchio fere aequalis, quam alias quoque Jarchio falso tributam esse monet de-Rossius in Dizionario storico degli autori Ebrei, s. v. Kara. Num idem auctor sit habendus commentarii in librum Ruth, doctioribus relinquimus decernendum. Bene scriptus est codex, charactere minuto, quadrato, sed ad cursivum prope accedente; in fine libri tantum, fol. 29. v. 30. r., alia manu et ineleganti commentarii particulae nonnullae exaratae sunt. Raro in margine leguntur annotationes, partim supplendis lacunis destinatae.

XXXVI.

(N. 17. in 4to, olim in Bibl. Univ. Haun. Jud. N. 4. in 4to.)

Codex chartaceus in 4to, foll. 6, simili charactere scriptus, quo codices nostri XXXIII. et XXXIV., continens tria opuscula clar. *R. Abraham ben Meir*, quem *Aben Esra* vocare solent. Sunt ea: 1. אגרת השבת, *epistola poëtica de sabbatho*, fol. 1. r. — 4. r. lin. 16., de qua vide Wolfium in Biblioth. Hebr. Vol. I. p. 78.; de-Rossi Dizionario storico degli autori Ebrei, Vol. I. p. 11. Denuo nuper edita est haec epistola ab ill. Luzzatto in diario, cui titulus Kerem Chemed, Tom. IV. p. 159. sqq. (Prag., 1839).

2. ספר השם, *libellus de nomine tetragrammato*, fol. 4. r. lin. 17. — 6. r. lin. 14., de quo vide Wolfium in Biblioth. Hebr. Vol. I. p. 79. sq.; de-Rossi l. l. p. 12. Edidit eum e cod. Monacensi G. H. Lippmann, Fürth., 1834. Caput sextum a Luzzatto quo-

*) Non contigit instituere comparationem codicis nostri cum libro similis argumenti, qui impressus exstat in prima Bibliorum editione Bombergiana, Venet., a. m. 5278. (i. e. p. Chr. 1518.), et cui titulum fecit editor hoc modo: זה ספר מדקדוקי הטעמים שחבר ר' אהרן בן אשר ממקום מעזיה הנקראת טבריה וגו' :. Obscuritatem ejus queritur ipse editor, idcoque in editionibus Bombergianis posterioribus non est repetitus, sed in locum ejus liber שער הנגינות suffectus.

que publici juris factum est in diarii Kerem Chemed Tom. II. p. 77.

3. ס' ערוגת החכמה ופרדס המזמה, *area sapientiae et hortus cogitationis*, fol. 6. r. lin. 15. — v. extr., philosophici argumenti libellus, rhythmica oratione compositus atque agens de mundo, creatione, anima et revelatione. Primus sub hoc titulo eum edidit N. Krochmal in diarii Kerem Chemed Tom IV. p. 1—5. Idem est libellus, de quo egit de-Rossius in Dizionario l. l. p. 13. sub titulo Ormàd ammezimà, varios Wolfii errores corrigens, in Biblioth. Hebr. Vol. I. p. 80. sq. prolatos.

XXXVII.

(N. 18. in 4to, olim in Bibl. Univ. Haun. Jud. N. 2. in 4to.)

Codex membranaceus nitidissimus in 4to, foll. 352, continens *R. Mosis Majemonidae* clarissimum opus, quod vocatur *Doctor perplexorum* (מורה הנבוכים), ex Arabico Hebraice versum a *R. Samuele fil. Jehudae, fil. Tibbon,* cujus subjungitur *explicatio vocabulorum insolitorum* (באור על מלות זרות), ab ipso in vertendo libro usurpatorum. Incipit R. Samuelis praefatio fol. 4. r.; Majemonidae epistola ad R. Josephum fil. Jehudae data fol. 7. v.; ejusdem praefatio fol. 8. r.; liber primus fol. 16. v., desinens fol. 112. v.; liber secundus incipit fol. 114. r. et desinit fol. 199. v.; liber tertius incipit fol. 202. r., desinit fol. 315. v. Folia 113., 200. et 201. nihil habent scripti. Fol. 316. r. legitur librarii subscriptio, qua docemur hunc librum scriptum esse Barcinone, a. m. 5108. (i. e. p. Chr. 1348.), in usum medici R. Menachem Bezalel, manu Levi filii Isaaci Pigocaro (פיגוקארו), Salmantica oriundi. Sequitur deinde fol. 317. v. praefatio R. Samuelis in explicationem suam vocabulorum insolitorum, quae ipsa incipit fol. 321. v. et desinit fol. 352. v. Recedit ea multis in locis ab impressis exemplis, ita ut non sine fructu comparatio codicis nostri institui posse videatur.

Accuratissime scriptus est totus codex aequabili manu et eleganti, charactere quadrato ejus formae, qua Hispanienses Judaei uti solebant. Adduntur hic illic in margine correctiones, variae lectiones brevesque annotationes, partim ipsius librarii, uti videtur, manu scriptae. Picturis ornatum erat ab initio codicis folium 3. v., sed iniqua libri tractatione nunc foedatum est. Libri vero secundi tertiique initia, simili modo ornata, etiam nunc omni colorum splendore gaudent. Singulorum praeterea capitum et sectionum tituli literis auro obductis elegantissime scripti, marginibus pictis inclusi et distincti ornamentis figurisque in libri oram protractis vividisque coloribus pictis.

Praemittuntur codici folia duo, quae nihil habent scripti, nisi quod fol. 2. v. legitur haec inscriptio: "Hunc librum cum quatuor aliis Msstis Ebraicis Amico suo Honoratissimo Nobiliss. Friderico Rostgaard dono dedit J. Bartholin." Et ipse Frid. Rostgaard nomen suum inscripsit fol. 3. v. infra picturas jam paene deletas. — In fine codicis fol. 352. v. leguntur haec:

"Dominico Irosolomino"

et deinde: "Alessro scipione Reuedi--"

"Manta 1592."

et denique:

"visto per me fr. dominico castello" *)

"1619"

XXXVIII.

(N. 19. in 4to, olim in Bibl. Univ. Haun. Jud. N. 3. in 4to.)

Codex membranaceus in 4to min., foll. 636. Continet is *Libri praeceptorum magni,*

*) Sic hoc nomen videtur esse legendum; sed potest etiam esse: *carretto,* ut Delitzschius legit in cod. Lipsiensi, vid. Catalog. libb. Mss. Bibl. Senat. Lips. pag. 274. cod. II.

(ספר המצות הגדול) auctore *R. Mose* (fil. Jacobi) *Mikkotzi*, (מקוצי, h. e. ex oppido Coucy oriundo), eam partem, quae agit de praeceptis legis prohibitoriis, charactere quadrato elegantissime quidem, sed non semper accurate scriptam. De hoc libro ejusque auctore vide Wolfium in Biblioth. Hebr. Vol. I. pag. 827. sq.; de-Rossi Dizionario stor. degli autori Ebrei, vol. II. p. 67.; Mss. codices Hebr. Biblioth. J. B. de-Rossi, Vol. I. p. 58. sq.; Delitzschium in Catal. libb. Mss. Bibl. Senat. Lips. pag. 276. cod. V. et Zunzium ibid. p. 315. ad cod. IV. et pag. 316. ad cod. V. Incipit praefatio codicis nostri fol. 1. r.; capitum index fol. 8. r. Ipsius libri initium, fol. 27. r., literis auro et coloribus ornatis distinctum est, singularum libri sectionum initia literis rubro colore pictis. Absolvitur codex fol. 636. r., ubi subjungitur librarii nota ita concepta: ברוך הנותן ליעף כח • ברוך רחמנא דמסייען : סיימתי בע״ה הלאוין ביום ח״ר תמוז שנת קע״ל לפרט : חזק ונתחזק הסופר ה״ן לא יוזק לא היום ולא לעולם עד שיעלה   על סלם : Spatium autem, quod vides inter voces שיעלה et על סלם, expletum est asini figura, atramento delineata. Absolutus igitur hic liber esse traditur a. m. 5170, p. Chr. 1410. — Primo folio super praefationis initium Christiana manu inscripta sunt verba: ישוע ישעי. E Bibliotheca Jo. Christiani Kallii migravit in Bibl. Univ. Haun. indeque in Bibl. Regiam.

XXXIX.

(N. 20. in 4to, olim in Bibl. Univ. Haun. Jud. N. 7. in 4to.)

Codex chartaceus in 4to, foll. 211, continens *R. Josephi fil. Gekatiliae* (ר׳ יוסף ן׳ גיקאטיליא) opus cabbalisticum, cui titulus: שַׁעֲרֵי אוֹרָה i. e. *portae lucis*, de quo vide Wolfium in Biblioth. Hebr. Vol. I. p. 525.; de-Rossi Diz. stor. degli autori Ebrei, Vol. I. p. 125.; Mss. codices Hebr. Biblioth. J. B. de-Rossi, Vol. I. p. 71. sq. Vol. III. p. 13. Bene et distincte scriptus est codex, charactere quadrato Hispanico, ad cursivum vergente. In prioribus foliis quindecim ipse librarius, ni fallimur, in margine passim notulas adjecit, Latine scriptas, et locos biblicos maxime laudantes. Nomen suum et scriptionis tempus in fine codicis addidit his verbis: נשלם על יד צעיר המחוקקים משה בכמ״ר חיים זלה״ה עקריש מגרוש ספרד יום ג׳ ה׳ ימים לחדש כסלו שנת פ״ה תפרח ותגל : (h. e. a. m. 5288. p. Chr. 1637).

XL.

(N. 21. in 4to.)

Codex membranaceus, in 4to min., literis rabbinicis exaratus, fragmentum exhibens libri, cuius pars haud exigua, ut videtur, cum tegumento, quo antehac vinctus fuit, cum ab initio, tum in fine periit. Constat nunc foliis 76 seu decem plagulis, quæ octona habent folia, excepta prima, cuius media pars, fol. 2. et 3, 6. et 7, deest.

Continetur in eo, binis columnis descripta, pars libri *Joreh de'ah* (יורה דעה), qui ordo secundus est operis clarissimi *Arba' turim* (ארבע טורים), *auctore R. Jacobo fil. Ascher, Germano.* Numeri capitum in margine notati sunt; ab editionibus autem impressis, quibuscum collationem instituimus, Veneta (a. 1589) et Berolinensi (a. 1703), quæ in plerisque inter se conveniunt, tam capitum divisione, quam ipso textu hic codex sæpius differt. Incipit in cap. 22do (editt. laudd. 21mo) et desinit in 148vo (edd. laudd. 146.); sed deest in plagula prima pars cap. 24ti et 25ti et quæ sunt inter priorem partem c. 29ni et finem c. 34ti.

XLI.

(N. 22. in 4to, olim in Bibl. Univ. Haun. Jud. N. 8. in 4to.)

Codex chartaceus in 4to, foll. 30, quorum primum nihil habet scripti. Continet *Samuelis fil. Se'adja fil. Motot* (בן מוטוט) *Com-*

mentarium super Aben Esrae commentarium in Pentateuchum; de quo vide Wolfium in Biblioth. Hebr. Vol. I. p. 1111. et Vol. III. p. 1113. Titulum libro suo fecit auctor: מגלת סתרים *volumen occultorum;* in nostro tamen codice, qui ad Genesin tantum et Exodum pertinet, neque libri nomen, neque auctoris occurrit, si excipias mentionem nominis Motot (fol. 2. r. lin 4. a fine), quae a librario facta esse videtur, auctoris libri, quem scribebat, non bene gnaro. Et hoc quidem non mirum, cum ab impresso haud leviter recedat codex noster multisque supplementis auctus sit. — Exaratus est eodem fere charactere, quo codices XXXIII. XXXIV. XXXVI., adeoque a fol. 2., quod primum est ipsius libri, usque ad finem folii 15. eadem manu videtur esse scriptus, qua codex XXXIV. Minutissimo charactere scripta sunt, quae sequuntur inde a fol. 16. usque ad finem libri. Codex aqua haud leviter laesus est, ita ut in parte libri haud exigua scriptura tantum non penitus deleta sit.

XLII.

(N. 23. in 4to, olim in Bibl. Univ. Haun. Jud. N. 9. in 4to.)

Codex chartaceus in 4to, foll. 8, continens *Spicilegium explicationum ad R. Salomonis* (Isaacidae) *commentarium in Pentateuchum,* non uno tempore scriptarum, sed ab anonymo scriptore, ut quid inter legendum visum est annotatione dignum, collectarum sensimque suppletarum. Id et codicis adspectus docet et ipse scriptor innuit, his verbis collectioni suae praemissis: אילו הם ליקוטי ביאורים על פירוש חומש רבינו שלמה ז״ל שלקטתים הנה והנה והעתקתים הנה פרשה אחר פרשה והנחתי שיעור מעט בין פרשה לפרשה שאם אראה פירוש ביאור לכתבו לפרשתו. Scriptus est codex eodem fere charactere, quo codices XXXIII. XXXIV. XXXVI, et XLI.

XLIII.

(N. 9. in fol.)

Codex chartaceus in folio, constans foliis 206, præter magnam tabulam libro adjectam et præter alba folia ab initio et in fine voluminis; rabbinicis literis maximam partem conscriptus est, nonnusquam minusculis, tituli tantum, subscriptiones et similia quadratis literis. Figuris diligentissime atramento delineatis ornatus est codex, qui praeterea cum chartæ magnitudine tum marginum latitudine et nitido scripturæ charactere elegantiæ studium omnino præ se fert. Ligatus est tegumento pulchro corii rubri, laminis firmiter munito.

Exhibetur in eo liber argumenti cabbalistici, qui doctrinas continere dicitur *Isaaci Loriae* (seu *Luriae*), per discipulum eius *Chajjim Vital* traditas, (cf. Bartol. Bibl. Rabb. vol. II. p. 836. Wolf. Bibl. Hebr. Vol. I. p. 671. sqq.), ut titulus hic declarat, qui folio 1. r. quadratis literis inscriptus est:

ספר
עץ החיים
מכתיבת יד הה״ המקובל
אלקי מוהר״ר חיים וויטאל
זלה״ה מה שקיבל מרבו
נ״י בוצינא קדישא הרב
הגדול המקובל האלקים
מוהר״ר יצחק לוריא ז״ל
הה״ אשכנזי · מה שלמד
מפי אליהו ז״ל

מי האיש החפץ חיים אוהב
ימים לראות טוב יפתח את
אוצרו הטוב וימצא בו
נ״ שערים מלאים כל טוב
אני הסופר הצייר
ישראל

Ad dexteram huius tituli imago Mosis picta est, ad sinistram Aaronis; infra eundem Davidis et Salomonis, superne arca foederis. Sub imaginibus Mosis et Aaronis hæc verba

leguntur, rabbinicis literis exarata, quibus scriptor libri nomen suum significavit:

אני הכותב ישראל באא כה״ר אשר זצל מקק סעלץ
ממדינת ליטא חתן ר׳ יוזפא בוכבינדר מאלטונא

i. e. "Scripsi ego Israel fil. D. Ascher b. m. ex oppido Selz provinciæ Litaviæ, gener R. Juspae Buchbinder Altonani.

Duo, quæ proxime sequuntur folia, 2. et 3, præfationes nonnullas minores exhibent, a Chajjim Vital et Meir Cohen Popers (מאיר כהן פאפירש, de quo cf. Wolf. l. l. Vol. III. p. 675. no. 1392.) scriptas.

Fol.4. r. *quæstionem* exhibet a *Samuele Padua* Isaaco Loriae propositam huiusque responsum: השאלה ששאל החכם מה׳ שמואל פדווא אל החכם הרב המקובל אלקי מוהרר יצחק לוריא ז״ל והשיב החכם הגדול תשובה זו :

Fol. 5. r. est תפלה קודם הלימוד, *precatio ante institutionem facienda*, cum ornamentis geniorumque figuris scripta.

Folia 6. r., 7. r. et 8. r. tabulas exhibent sephirarum cabbalisticarum, eleganter descriptas et figuris ornatas. — Horum foliorum pariterque folii 1., 4. et 5. pagina altera, et fol. 9. utraque pagina nihil scriptum habent.

Post hæc ipse liber sequitur, 182 foliis (10—191) constans, quæ numeris hebraicis signata sunt, sed parum accurate, ita ut tota series foliorum 182 assequatur modo numerum קסח (168), quo signatum est fol. 191.

Liber, ut in titulo indicatum erat, in quinquaginta sectiones divisus est, quæ שערים, *portæ*, vocantur, quæque singulæ superscriptam habent peculiarem denominationem. Plerumque simul indicatur cuiusque sectionis numerus, raro vocibus numeralibus expressus, ut שער הששי fol. 27. v. ש׳ העשירי, fol. 47. r., alias literarum signis; at non tantum omissa est in nonnullis numeri notatio, ut in sectionibus 1. (post quam absolutam modo legitur סליק שער הראשון) 2. 3. 16. 28, sed ipsa etiam numeratio non satis accurate facta est; nam et sectiones quædam in numeris indicandis prætermissæ sunt, ut fol. 136. r. שער פרטי עיבור, quæ notari debuisset num. לד, quo signatur sequens sectio, fol. 137. v., et numeri quidam prætermissi, ut 25, 26, — sectionem enim כד (ש׳ פנימיות והיצונית fol. 105. r. incipientem) sequitur כז fol. 111. r. — et 49, — nam 48vam (שער השמות fol. 183. r.) sequitur שער נון fol. 190. v.; semel praeterea idem numerus duabus sectionibus tributus: כא fol. 87. r. et fol. 90. v. Postrema recte numeratur נון. Novam paginam singulæ sectiones plerumque, neque tamen semper, incipiunt. Habent illae plures paucioresve divisiones, quæ fere semper vocantur nomine פרק, in sectione modo secunda ענף; alibi nonnunquam appellatio פרק permutatur cum דרוש, numeratione aut continuata, ut ש׳ כד, quæ post quattuor דרוש (1—4.) habet quinque פרקים (5—9.), aut singulari, ut ש׳ כב, quæ primum octo פ׳ habet, deinde דר׳ 1—6.; cf. ש׳ כז. In titulis capitum plerumque, maxime in priore libri parte, indicatum est, quot singulæ complectantur פרקים, sed non semper recte. — Præterea hic illic exhibentur singulares tractatus et disquisitiones. In nonnullis locis diserte notatur, hoc vel illud repertum fuisse scriptum ab Isaaco Loria aut Chajjim Vital, aut audiendo traditum acceptum fuisse. Sectionum seu disquisitionum tituli in superiore margine singularum paginarum constanter adscripti sunt.

Adduntur in reliqua codicis parte disquisitiones et observationes breviores, ad theologiam cabbalisticam pertinentes. Et primum quidem sequitur tractatus, cui titulus:

"דרוש אה אדם ומעלתו קודם שחטא וארבע חכמים שנכנסו לפרד" i. e. "de Adamo eiusque præstantia antequam peccavit, et de quattuor sapientibus, qui ingressi sunt in Paradisum";

qui titulus, ornamentis circumdatus, fol. 192. r. exhibetur; ipsum tractatum tria sequentia folia continent.

Foliis 196—200, quæ, excepto 198vo, in priore modo pagina scriptum aliquid offerunt, continentur aliae disquisitiones breviores. Quod exhibetur fol. 196. secundum hæc verba superscripta: זה שייך לשער דרושי עיגולים והיושר לנק׳ ב״, pertinet ad partem secundam sectionis secundæ, cuius hic est titulus: דרושי עיגולים והיושר. — Pariter qui fol. 198. r. et v. legitur ספר מבוא שערים, *liber ingressus portarum*, duobus capitibus constans, pertinet ad *portam* sive sectionem אריך אנפין, quæ est decima quarta, fol. 63. r. Folio 201. nihil inscriptum est; neque priori paginæ fol. 202. Huius autem altera pagina tabulam exhibet, in qua *duodecim tribus Israëliticae cum duodecim signis Zodiaci, mensibus anni, facultatibus sensualibus naturæ humanæ atque corporis membris componuntur*, sicut in hoc titulo superscripto indicatur:

אלו הם יב שבטים כנגדם יב
מזלות בעולם יב חדשי בשנה
יב״ חושים בטבע יב״ אברים
באדם וזה סדרם

E regione huius tabulæ. in folio 203. r., pictæ sunt duæ manus, dextera et sinistra, in quibus terni singulorum digitorum articuli literis signati sunt, addita explicatione.

Duo folia sequentia, 204. et 205., tabulas cabbalisticas offerunt. — Versa pagina horum trium foliorum, 203—205, et utraque folii 206. nihil habet; post hæc autem ad calcem codicis addita est magna tabula, sephiras cabbalisticas et figuras exhibens, trium foliorum magnitudine, (num. 207. signata).

Tituli sectionum et tractatuum huius libri magnam partem congruunt cum iis, qui secundum conspectum operis עץ החיים, in Knorrii a Rosenroth Kabbala denudata, Tom. II. p. 10. sqq., ad duos primos e sex hujus operis tomis pertinent, qui titulos gerunt ספר דרושים et אוצרות חיים; ita tamen, ut partim numerus tractatuum apud Rosenrothium sit multo maior, quam sectionum in nostro codice, in primo tomo 21, in secundo 51, partim in nostro tituli reperiantur, qui illic desint, atque ordo etiam sit valde diversus.

Tempus, quo codex conscriptus sit, bis indicatum reperitur; primum ad calcem ipsius libri, fol. 191. v., ubi post absolutam sectionem 50. hoc legitur:

סליק ספר עץ ה
החיים בעזרת האל
הבורא ארץ ושמי״
היום יום שני חנוכ״ה
תקטל

i. e. *Finitus est liber "Arboris vitæ" ope Dei, qui terram et coelum creavit, hodie die secundo festi Encæniorum 25to* (mensis Cislev) *anni 509.* (i. e. anno Christi 1749.)

Postrema enim litera ל indicare videtur vocem לפרט, neque vim numeralem hoc loco habere censenda est. Deinde in fine fol. 195. v. hoc scriptum est:

בכ״ה בכסליו נגמרה מלאכת הקודש לסדר
מקץ שנתים ימים ✿ ולפרט ישר׳אל
נושע בה׳ תשועת עולמים

i. e. *die 25to Cislev absolutum est opus sanctum ordine post elapsos duos annos, anno 509,* (i. e. p. Chr. n. 1749.) qui annus expressus est verbis e loco Jes. 45, 17. petitis.

XLIV.

(N. 2. in 8vo.)

Scheda chartacea, duorum foliorum, formæ 8væ, quæ literis quadratis inscriptum habet *carmen egregium, secundum nomina filiorum hominis* (ad ordinem אלה שמות compositum ab Ill. Cabbalista, Theologo Hispano, doctissimo *Mose Zachuth*, uti declarat titulus:

שיר נחמד על שמות בני אדם
לסדר אלה שמות מיוסד בין הגאון
המקובל אלהי ספרדי חכם משה
זכות זצ״ל

Praeterea auctoris nomen acrostichice quoque indicatur. Idem esse videtur poeta Judaicus, de quo agit de-Rossius in Dizion. storico degli autori Ebrei, Vol. II. p. 167. sq.

Omnia vocabula, e quibus compositæ sunt sedecim, quibus carmen constat, strophæ, nomina propria sunt hominum.

XLV.

(N. 24. in 4to.)

Codex membranaceus, in 4to min., foll. 12, quo continetur *Jacobi fil. Ruben,* Altonani, *Narratio de Judaeo homine, Salman ben Wolf,* qui anno 496. (p. Chr. 1736.) die sexto mensis Schebat, qui respondet mensi Januario, ad nundinas Kilienses profectus, instigante maligno quodam homine Kiliae injuste accusatus et in carcerem conjectus, sed post aliquod tempus liberatus sit. Libri titulus, ornamentis parum concinnis instructus, hic est:

ב״ה

והלצ״ב

חסדי יי

אשר לא כלו רחמיו וחסדיו :

ולא יעזוב המצפה תמיד לחסדי'

ושויתי יי לנגדי תמיד לזכור חסדיו

בזה הספר הזכרון אשר עש' לחסידי *)

לפ״ר כ' זלמן בן וואלף א' בין עבדיו :

נעשה זאת זכרון בספר לספ' חסדיו

ונתחבר ע״י הקטן שבקטנים אפר ועפר

יעקב בן כ' ראובן יצ״ו

לפ״ט

בחסר ואמת יקדמו פניך

לפ״ק **)

נכתב ונגמר באלטונא

Fol. 1. v. legitur praefatio, quattuordecim versibus constans, quorum vocibus initialibus Judaeorum more nomen suum et patriam indicavit auctor: אני הקטן יעקב בן ראובן יצ״ו באלטונא :

Fol. 2. r. — 12. r. continent ipsam narrationem; fol. 12. v. leguntur poëmata duo, quae Deum propter liberationem et auxilium praestatum celebrant. In priore carmine artificiosa ratione vocibus versuum initialibus exprimuntur nomina auctoris et Salmani ben Wolf, itemque vocibus finalibus ejusdem hominis nomen Hebraicum: שלמה בן בנימין. In altero carmine idem loquens introducitur.

Codex praeter titulum, voces initiales et similia, quadrato charactere scripta, rabbinicis literis exaratus est.

XLVI.

(N. 3. in 8vo.)

Exemplaria quaedam membranacea *instrumentorum et formularum,* quibus certa quadam ratione scriptis in variis vitae occasionibus utuntur Judaei hodierni.

1. Literae *contractus matrimonialis* (שטר כתובה) inter R. Jacobum fil. Israël et virginem, cui nomen Schena filia R. Menachem. cognomine Menke; rabbinico charactere Hauniae scriptae die tertio mensis Cislev a. 5487. (p. Chr. 1727.), subscriptis testium nominibus.

2. Similes *literae contractus* inter R. Nathan fil. R. David et virginem, cui nomen Peska filia R. Simson; charactere quadrato scriptae Altonae die 18. mensis Ijjar a. 5511. (p. Chr. 1751.) Adest testium subscriptio.

3. *Literae repudii,* quibus Jacobus quidam, fil. Mosis, dimitti declarat uxorem suam, cui nomen Ela filia Samuelis; scriptae Altonae die vicesimo mensis Elul a. 5533. (p. Chr. 1773.) Deest subscriptio testium.

4. Folium quadratum, continens locos Deut. 6, 4—9. et 11, 13—21., more *Mesusae* scriptos.

5. *Amuletum* (קמיע), folium quadratum, altero latere eosdem illos Deuteronomii locos exhibens, altero precationem, e cabbalisticis formulis compositam; scriptum in usum Leae cujusdam, filiae Gitil.

6. 7. Exempla duo tabulae varios V. T. locos exhibentis, ad imitandam candelabri sacri figuram compositos.

*) I. e. לחסידיו.

**) Ita videtur esse scriptum.

CODICES ARABICI.

CORANI, CORANI PARTES ET FRAGMENTA.

I.

(N. 1. in fol., olim N. 17. in fol.)

Coranus, fol. min., foliorum 106. chartae orientalis antiquissimae, non laevigatae, charactere Neschi non eleganti et parum expedito scriptus, temporis iniquitate vehementer laesus, ab initio et fine mutilus, ligatura privatus, sed capsula chartacea inclusus. Incipit fol. 1. r. a verbis وما تفعلوا Sur. 4, 126. Hinckelm., deficit fol. 106. v. in voce بعلمه Sur. 35, 12. Exciderunt praeterea folia quattuor: unum post fol. 44 (Sur. 12, 10—36.); unum post fol. 97. (Sur. 29, 31—60.); duo post fol. 98. (Sur. 30, 22—31, 17.) Fol. 6. paene totum evulsum est et fol. 23. r., quod desinebat olim in Sur. 7, 162. primis verbis, quae jam perierunt, excipiunt fol. 23. v. Sur. 1. et alia nonnulla, quae huc non pertinent, atramento pallido et pessima manu scripta; fol. 24. r. autem Sur. 7, 162. continuatur.

II.

(N. 2. in fol., olim N. 56. in 4to.)

Coranus, fol. min., foll. 338. chartae orientalis firmissimae, char. Neschi bene scriptus, optime conservatus. Integrum Coranum tenent folia 5—334., ita ut fol. 5. r. et 334. v. nihil scriptum sit, primae vero et ultimae binae paginae (fol. 5. v. 6. r. et fol. 333. v. 334. r.) auro et variis coloribus eleganter ornatae sint. Praeterea fol. 159. v. et 160. r., in quo incipit Sur. 18. (الكهف), margine variis coloribus picto distincta sunt. Quaterna folia Corani corpus integrum et praecedunt et sequuntur; quorum bina illa, quae proxime ipsum librum attingunt, foll. 3. 4. et 335. 336., nihil scriptum habent, aut certe habere debebant; nam nunc quidem fol. 336. v. inscripta est Sur. 111. (تبت) cum praecedentis capitis fine et formula بسم الله, insequenti superscripta, sed ita ut inversae paginae haec omnia inscripta sint nec ultra paginae dimidium procedant. Priora vero et posteriora codicis folia bina Corani initium et finem repetunt, ita ut fol. 1. v. Sur. 1. legatur, fol. 2. r. et v. Sur. 2, 1. sqq., usque ad v. 14. verba ويمدهم في, in quae desinit pagina. Fol. 337. r. incipit a verbis في دين الله Sur. 110, 2. et desinit in vocem ومن Sur. 113, 3.; fol. 337. v. integram Sur. 113., 338. r. Sur. 114. continet.

III.

(N. 3. in fol., olim in Biblioth. Univ. Haun. N. 4. in fol.)

Coranus, fol., foll. 243. chartae laevigatae, char. Neschi bene scriptus, bene conservatus. Ab initio deest Sur. prima. Incipit Sur. 2. fol. 1. r. Desunt praeterea post fol. 49. a Sur. 5, 26. voce عليهم usque ad Sur. 7, 23. vocem مستقرّ; post fol. 177. Sur. 36, 17. a voce تتبعوا usque ad v. 51. voces فاذا هم; post

fol. 195. a Sur. 42, 24. vocibus ما تفعلون usque ad Sur. 43, 50. voces يا قوم. Explicit liber fol. 243. r.; ultima tamen Surata et paenultimae dimidium alia manu suppleta sunt.

IV.

(N. 1. in 4to, olim N. 1. in 4to.)

Coranus, 4to, paginarum 663., in charta orientali char. Neschi satis eleganter scriptus, sed parum emendate. Interciderunt hic illic folia nonnulla; inserta tamen sunt ad supplendas ejusmodi lacunas alia folia, ex aliis Corani exemplis desumpta, sed ut accidere solet, lacunis illis non accurate respondentia, sed fere tantum. Sic insertae sunt paginae 462—477.; 484—487.; 500—503. et 628—663. Praeterea post pag. 191. insertum est folium unum optime exaratum, paginarum numeris non signatum, quo continentur eadem, quae leguntur a pag. 190. lin. paenult. usque ad pag. 193. lin. 4. — Usque ad finem pag. 79. ab Europaeo aliquo homine versuum numeri adscripti sunt in margine, et annotationes Latinae haud paucae, interpretationem maxime tectus Arabici trium priorum Corani capitum exhibentes. In fronte libri inscriptum legitur nomen C. P. Müller et annus 1719.

V.

(N. 2. in 4to, olim N. 39. in 4to.)

Coranus, 4to, foll. 319. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi satis bene exaratus, temporis iniquitate vel usu aliquantum laesus. In fine codicis, fol. 319. r., legitur subscriptio scribae محمد الجوختى.

VI.

(N. 3. in 4to, olim N. 55. in 4to.)

Coranus, 4to, foll. 396. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi satis magno et expedito, recentiore manu, ni fallimur, Turcica, festinantius scriptus, ab initio et fine mutilus. Praemittitur fol. 1. r. et v. precatio Arabica, ita incipiens: تبارك الذى بيده الملك, cum subscriptione Turcica: تمت تمام اولدى. Fol. 2. r. incipit a verbo فراشا Sur. 2, 20. Post fol. 7. perierunt sex circiter folia, Sur. 2, 77—104. Deinde pergit codex usque ad Sur. 66, 10. vocem primam. Reliqua desunt.

VII.

(N. 4. in 4to, olim N. 61. in 4to.)

Coranus, 4to, foll. 438. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi satis bene scriptus atque conservatus. Excipit ipsum Coranum, fol. 436. v., precatio, cui inscribitur: هذا دعاء ختم القران العظيم, quam sequuntur fol. 438. r. formulae nonnullae sacrae et fol. 438. v. lin. 4. alia precatio, cui titulus: صلوات شريف, usque ad finem paginae.

VIII.

(N. 5. in 4to, olim N. 69. in 4to.)

Coranus, 4to, foll. 285. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, sed temporis injuria aliquantum laesus. Post absolutum Coranum, fol. 285. v., repetitur Surata prima. Additur formula: صدق الله العظيم الخ.

IX.

(N. 6. in 4to, olim N. 73. in 4to.)

Coranus, 4to, foll. 303. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus!, satis bene conservatus. Fol. 303. v. legitur subscriptio:

استغفروا الله الحكم ، من العصيان فى القلم ،
والحمد لله على التمام ، وللرسول افضل السلام ،

Infra notatur annus 967., quo forsan descriptum est exemplum.

X.

(N. 7. in 4to, olim N. 91. in 4to.)

Coranus, 4to, foll. 380.*) chartae orientalis tenuis, char. Neschi bene scriptus, sed aqua nonnihil laesus. Absolvitur Coranus fol. 375. r.; deinde sequuntur nonnulla, seriore manu festinantius scripta, et hoc quidem ordine: 1. fol. 375. r. 376. r. et v. formulae quaedam et preces, quales post absolutam Corani lectionem peragi solent: صدق الله العلى العظيم, atque alia similia. 2. Excipiunt ea fol. 376. v. in inferiore paginae parte pauca, quae ad traditionem de propheta pertinent et lectionem Corani spectant. 3. Post fol. 377., quod nihil scriptum habet, sequuntur nonnulla, Malaica lingua scripta et regulas de lectione Corani exhibentia, fol. 378. 379. Subscriptio additur, ultimas tantum paginas spectans, sed tantum non penitus deleta:

تمت كتاب تجاوز - - - فى يوم الخميس ،

XI.

(N. 8. in 4to, olim N. 48. in 8vo.)

Coranus, 4to, foll. 378. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, bene conservatus. Incipit Corani textus fol. 3. v., absolvitur fol. 377. v. Deinde sequitur in media pagina precatio, cui inscribitur: دعاء ختم القران, at non integra; abrumpitur enim fol. 378. r. lin. 5. post verba: يا ذا النبياء والامتنان. — Fol. 1. r. aliquis ex iis, qui hunc librum possederunt, Turcica oratione inscripsit praecepta nonnulla de lectione Corani cum precibus Turcicis, quas sequitur alia precatio Arabica. Alia leguntur, Turcice scripta, fol. 1. v.; sed haec omnia ad ipsum librum non pertinent.

*) Numeris quidem signata sunt folia tantum 379., sed neglectum est signare folium unum, inter folia 8. et 9.

XII.

(N. 9. in 4to, olim N. 65. in 8vo.)

Coranus, 4to, foll. 291. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi satis bene scriptus, sed usu tritus. Deest ab initio folium unum, cui inscripta erat Surata prima.

XIII.

(N. 10. in 4to, olim in Bibl. Univ. Haun. N. 1. in 4to.)

Coranus, 4to, foll. 307. chartae laevigatae, char. Neschi bene scriptus, sed mediocriter conservatus. Lacunas enim, quibus abundabat codex, supplevit quidem recentior manus, sed nec eadem semper, nec eleganter ubique; et post Sur. 93. desiderantur reliqua.

XIV.

(N. 11. in 4to, olim in Bibl. Univ. Haun. N. 1. in 8vo.)

Coranus, 4to, foll. 286. chartae laevigatae, char. Neschi bene scriptus, sed usu tritus. Absolvitur Coranus fol. 284. v. Folia 285. et 286. fragmenta nonnulla Turcica continent, partim metrice scripta, partim pedestri sermone.

XV.

(N. 12. in 4to, olim in Bibl. Univ. Haun. N. 5. in 8vo.)

Coranus, 4to, foll. 347. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi mediocriter scriptus, usu aliquantum tritus. Primam codicis paginam, fol. 1. v., recentior manus supplevit.

XVI.

(N. 1. in 8vo, olim N. 14. in 8vo.)

Coranus, 8vo, foll. 317. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, satis bene conservatus. Incipit fol. 2. v., desinit fol. 317. r. Ultimae tres paginae seriore manu suppletae sunt.

XVII.

(N. 2. in 8vo, olim N. 83. in 8vo.)

Coranus, 8vo, foll. 253. chartae Indicae non laevigatae, char. Neschi bene scriptus, inde a fol. 199. alia manu eleganti suppletus, bene conservatus.

XVIII.

(N. 3. in 8vo, olim N. 86. in 8vo.)

Coranus, 8vo, foll. 386. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, satis bene conservatus. In calce adscriptus est annus 1167. (Chr. 175¾.)

XIX.

(N. 4. in 8vo, olim N. 3. in 8vo.)

Coranus, 8vo min., foll. 386. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi minusculo nitide scriptus, optimae condicionis, tegumento splendido aurato ornatus. Incipit ipse liber fol. 3. v., desinit fol. 385. v. Sequitur fol. 386. r. post بسم الله الخ formula illa: صدق الله الخ, eadem manu scripta, qua totus liber. — Fol. 1. v. legitur inscriptio Arabica haec: هدى هذا القرآن لحضرة الملك الكبير والخاقان الشهير مولانا السلطان فريدرك الثالث ابن السلطان خرستيان الرابع صاحب مملكتى دنمرك ونوروغ وما يليهما ادام الله تعالى ايام دولته وخلد ملكه وابد سلطنته ارسل من هولنده من مدينه ليده من العبد الفقير الحقير مقدسى عفا الله المعروف بابن الصخرى فى سنه ١٠٧٤; et fol. 2. r. inscriptio Latina, isti respondens: "Serenissimo et Augustissimo Regi, Dn. Friderico III, Euergetae suo munificentissimo et Domino clementissimo, hunc Coranum *κεκαλλιγραφημένον*, ceu summae gratitudinis, pro multiplicis Regiae gratiae beneficiis, *τεκμήριον*, humillime offert sacrae R. Majest. subjectissimus servus Theodorus Petraeus. Miss. Lugdun. Batav. 9. Decemb. Ann. 1664."— In operculi parte anteriore impressa leguntur verba: لا يمسه الا المطهرون.

XX.

(N. 5. in 8vo, olim N. 22. in 8vo.)

Coranus, 8vo min., foll. 359. chartae orientalis, char. Neschi minusculo nitidissime scriptus, bene conservatus, tegumento splendido ex holoserico caeruleo ornatus, tribus praeterea involucris sericis et capsula chartacea inclusus. Incipit Coranus fol. 1. v., desinit fol. 357. v. Sequitur, foll. 358. 359., post verba بسم الله الخ, seriore manu et majore charactere scripta formula illa: صدق الله الخ. — Praemittuntur codici folia octo, numeris non signata, quorum ultimo inscripta leguntur haec verba: "Benaras Ostindien Januar 1765. Peter Johan Flor." Pertinebat quondam hic liber ad collectionem Kratzensteinianam.

XXI.

(N. 6. in 8vo, olim in Bibl. Univ. Haun. N. 6. in 8vo.)

Coranus, 8vo, fol. 396. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, bene conservatus.

XXII.

(N. 7. in 8vo, olim N. 4. in 8vo.)

Coranus, 12o, foll. 419. chartae orientalis, sed non ejusdem ubique originis, char. Neschi distincte, sed recentiore manu scriptus, bene conservatus et tegumento splendido instructus, cui impressa leguntur verba: لا يمسه الا المطهرون.

XXIII.

(N. 8. in 8vo, olim N. 5. in 8vo.)

Coranus, 12o, foll. 328. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi minusculo satis bene scriptus atque conservatus.

XXIV.

(N. 9. in 8vo, olim N. 6. in 8vo.)

Coranus, 12o, foll. 304. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, usu

aliquantum tritus. Adjicitur fol. 304. v. scribae nomen يحيى العبادخور (sic) et annus 974. (Chr. 156 6/7.)

XXV.

(N. 10. in 8vo, olim in Bibl. Univ. Haun. N. 7. in 8vo.)

Coranus, 12o, foll. 374. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, bene conservatus.

XXVI.

(N. 11. in 8vo, olim N. 8. in 8vo.)

Coranus, 12o, foll. 252. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi minimo, sed distincto, nitide scriptus. Fol. 252. r., post absolutum librum atque formulam صدق الله العظيم الخ, leguntur scriptionis annus (934. Higrae) et nomen scribae: قره كوز بن عبد ربه (vel بن عبد الله; non enim liquet). Sequuntur deinde, fol. 252. v., char. Nesta'liq et alia manu, ut videtur, scripta precatio brevissima, incipiens: اللهم انى توكلت عليك, et nonnullae lineae orationis Persicae, ex parte tamen deletae.

XXVII.

(N. 12. in 8vo, olim Kallianus N. 653.)

Coranus, 12o, foll. 229. chartae orientalis, char. Neschi minuto bene scriptus, bene conservatus. Incipit Coranus fol. 1. v., clauditur fol. 228. r., ubi habes in subscriptione nomen scribae: احمد بن محمد بن محمد القدسى الحنفى, et finitae operae tempus: diem 22. mensis Rebî' posterioris a. 846. (Chr. 1442.) Fol. 228. v. in summa pagina recentiore manu scripta est explicatio brevis compendiorum nonnullorum, quibus ad designandas pausas in recitando Corano observatas uti solent scribae; quam sequitur ipsius codicis, ni fallimur, manu exarata precatio صدق الله الخ, usque ad finem fol. 229. — Praemittitur codici inscriptio Augusti Pfeifferi, theologi quondam et lingg. orientt. professoris Lipsiensis, qui hunc librum donavit S. W. Schluetero, theologo Lauenburgensi.

XXVIII.

(N. 13. in 8vo, olim N. 81. in 8vo.)

Coranus, 12o, foll. 386. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi minimo et nitidissimo scriptus, optimae condicionis. Incipit fol. 1. v., desinit fol. 385. v., ubi in subscriptione habes scribae nomen, Derwîschi Muhammed el-Mewlewi Angurawi (انقروى) i. e. Ancyrensis, et scriptionis tempus, mensem Ǵumâda posteriorem a. 1030. (Chr. 1621.) Fol. 386. r. legitur documentum, a. 1098. scriptum, ex quo constat, Corani hoc exemplum piis usibus esse legatum (وقف) a beato Musztafa bin Ismâ'il.

XXIX.

(N. 14. in 8vo, olim N. 76. in 8vo.)

Coranus, formae minimae, foll. 121. chartae orientalis non laevigatae, char. Neschi minutissimo, sed parum eleganti, absque punctis vocalibus scriptus, bene conservatus. Fol. 1. r. legitur Corani Surata 1., quae repetitur fol. 1. v. Sed haec et quae proxime sequuntur e cap. 2. charactere paulo majore scripta sunt, minutissimus ille fol. 2. v. demum adhibetur. Praemittuntur codici duo folia, numeris non signata, quorum priori inscriptum est: "Hic Coranus λεπτόγραμμος Bibliothecae Regiae inseratur, submisse oblatus a S. R. Majest. subjectissimo Theodoro Petraeo. Lugd. Bat. 9. Jul. An. 1665."

XXX.

(N. 13. in 4to, olim N. 51. in 8vo.)

Corani sectio I. (الجزء الاول), Sur. 1, 1—2, 135., 4to, foll. 41. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi satis magno eleganter et luxuriose scripta, ita ut spatium amplum inter binas lineas intercedat et senae tantum

lineae in singulis paginis reperiantur; codex bene conservatus.

XXXI.

(N. 4. in fol., olim N. 54. in 8vo.)

Corani sectio IX., Sur. 7, 86—8, 41., fol. min., foll. 23. chartae laevigatae, char. Neschi bene scripta, minus bene conservata. In margine primae paginae (fol. 1. v.) scripta est precatio, jam iniqua libri nitidissimi tractatione ex parte deleta. Desinit codex in fol. 22. v. Ejusdem exempli partes XII. et XIV. habes in codd. XXXII. et XXXIII., quorum descriptio sequitur.

XXXII.

(N. 5. in fol., olim N. 55. in 8vo.)

Corani sectio XII., Sur. 11, 8—12, 52., fol. min., foll. 22. In margine paginae primae, (fol. 2. v.) eadem legitur precatio, quae in cod. XXXI. adscripta erat; in calce libri (fol. 22. v.) additur tritum illud:

صدق الله العظيم ، وبلّغ رسوله الكريم ،
ونحن على ذلك من الشاهدين ،

Ad idem Corani exemplum pertinuit, cujus partes fuere codd. XXXI. et XXXIII.

XXXIII.

(N. 6. in fol., olim N. 56. in 8vo.)

Corani sectio XIV., Sur. 15. et 16., fol. min., foll. 21. In margine paginae primae (fol. 1. v.) repetitur eadem precatio, quae legitur in codd. XXXI. XXXII. In fine, fol. 20. v., seriore manu eaque pessima subscripta est formula: صدق الله الخ.

XXXIV.

(N. 14. in 4to, olim N. 82. in 8vo.)

Corani sectiones XXVIII., XXIX. et XXX., Sur. 58—114., 4to, foll. 53. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi manu recentiore bene scriptae. Incipit sectio XXVIII. fol. 1. v.; XXIX. fol. 18. v.; XXX. fol. 35. v. Fol. 52. r. subjungitur Sur. 1., quam excipit formula incipiens: التحيات لله, desinens fol. 52. v. Fol. 53. r. scriptum est: "R. P. Thomas a Sto. Joseph Ambianus, Visitator generalis Montis Carmeli, hunc librum attulit ex Alep urbe Turcarum die 13. Julii Anno Dni 1647."

XXXV.

(N. 15. in 8vo, olim N. 85. in 8vo.)

Corani pars, 12o, foll. 158.*) chartae vetustae Europaeae, ut videtur, char. Mauritanico, non quidem eleganti, sed distincto scripta, usu trita. Fol. 1. v. legitur Sur. 1.; deinde sequuntur Sur. 53—114., sed ita ut unicuique fere capiti subjungatur annotatio ex traditione Muhammedica, ad quam introducendam plerumque serviunt hujusmodi formulae: جاء في الحديث الصحيح, vel: وقال صلعم, vel: وعنه صلعم. Non adscripta est annotatio capitibus 63., 68. et 114. Sur. 57. (fol. 30. r.) peculiaris subscriptio subjuncta est: كملة (sic) السورة والحمد لله الخ. Post fol. 36. aliquid excidisse videtur; ibi enim Sur. 58. non ultra vocem بالله, v. 22., progreditur, et fol. 37. r. annotationis Sunniticae ad hanc Sur. conclusio tantum legitur. Explicit Sur. 114. fol. 156. v.; deinde sequitur subscriptio, incipiens: تمّ الثمان بحمد الله,**) et desinens fol. 157. r. — Fol. 157. v. beati Adleri manu inscriptum est: "Variae Corani suratae pessime scriptae"; quod non verum.

XXXVI.

(N. 4. codd. Cuficorum.)

Fragmentum Corani membranaceum, char. Cufico litteris minusculis nitidissime scriptum,

*) Numeris signata 157. tantum reperiuntur, sed neglectum est signare folium unum, inter foll. 73. et 74.

**) Ita scriptum est in codice. Pro الثمان sine dubio scribendum erat الثاني.

foll. 12., altorum novem pollices cum dimidio, quattuordecim et dimidium latorum. Fol. 1. r. incipit a verbis ما كان ابوك Sur. 19, 29. Hinckelm. Post fol. 10., desinens in verbis في الصور ونحشر Sur. 20, 102., desunt folia duo. Pergit enim fol. 11. verbis ما بين ايديهم Sur. 21, 28. Desinit fol. 12. v. in voce وتالله Sur. 21, 58. Lineolis notantur in hoc codice litterarum signa diacritica; vocalium puncta rubro colore appingi solent; signa orthographica videntur esse neglecta. — Fol. 1. r. in ima pagina legitur: "Cairi 1626. 18. Martii. 7."; fol. 12. v. in summa pag.: "Friderici a Bockwoldes". — De hoc libro cf. Adleri descript. codd. quorundam Cuficorum, (Altonae, 1780. 4to) pag. 22. Uberiorem descriptionem habes atque accuratiorem apud Lindbergium in libro, cui titulus: Lettre à Mr. Bröndsted sur quelques médailles Cufiques et sur quelques manuscrits Cufiques. Copenh., 1830. 4to, pag. 59. sq. Specimen scripturae accurate delineatum adjecit vir doctissimus, Pl. XII.

XXXVII.

(N. 2. codd. Cuficorum.)

Fragmentum Corani membranaceum, char. Cufico litteris minoribus et atramento pallidiore scriptum; folia habet 58., quinque pollices et novem lineas alta, novem pollices lata. Fol. 1. r. incipit a verbis قلنا لا تخف Sur. 20, 71.; desinit fol. 56. r. in verba, quae claudunt Sur. 23, 57. Adjicitur tamen in fine paginae vocabulum اية, auro obductum et aureo circello inclusum; quod quid hic sibi velit, non assequor.*) Fol. 55. v. 56. r. ornamentis aureis distincta sunt; fol. 56. v. 57. r., quae nihil scriptum habent, variis ornamentis pictis et aureis omnino occupantur. Fol. 57. v. nihil habet praeter nomen "Friderici a Bockwoldes", quod legitur in summa pagina. Fol. 58. v. recentiore manu, litteris ad char. Neschi prope accedentibus, negligenter scripta sunt haec verba: المومنين مايه وتسع عشر اية, ad cap. 23. inscriptionem pertinentia. Alia nonnulla addidit alia manus, sed tam male picta, ut legi vix possint. — In hoc codice litterarum signa diacritica notantur lineolis, vocalium puncta rubro colore; negliguntur signa orthographica. Cf. Adleri descriptionem, l. l., pag. 21.; uberiorem Lindbergii descriptionem, l. l., pag. 65. sq. Specimina codicis habes apud Adlerum, Tab. II., et apud Lindbergium, Pl. X.

*) Fallitur Lindbergius autumans hoc vocabulo indicari finem unius e triginta sectionibus Corani; tota Sur. 23. pertinet ad sectionem XVIII.

XXXVIII.

(N. 3. codd. Cuficorum.)

Fragmentum Corani membranaceum, char. Cufico litteris minoribus bene scriptum; folia habet 56, sex fere pollices alta, novem lata. Incipit fol. 1. r. a verbis [ز]اهق ولكم الويل Sur. 21, 18. Post fol. 7., desinens in voce ينظرو[ن] Sur. 21, 41., deest folium unum. Fol. 8. incipit a voce يصحبون Sur. 21, 44. Desinit codex fol. 56. v. in vocibus الارض مخضرة[ن] Sur. 22, 62. Notantur lineolis litterarum signa diacritica, rarius vocalium puncta, rubro colore appicta; non vero signa orthographica. Notabilis in hoc codice indicatio frequens lectionum variarum; signis enim litterarum diacriticis, atramento scriptis, et vocalium punctis rubris subjunguntur alia, viridi colore picta. Cf. Adlerum, l. l. pag. 22. Lindbergium, pag. 62. sqq. et Pl. VIII.

XXXIX.

(N. 7. codd. Cuficorum.)

Fragmentum Corani membranaceum, char. Cufico, litteris majusculis bene scriptum, sed haud leviter laesum, foll. 58., quinque fere pollices altorum, novem latorum. Ab initio libri in tegumenti parte interiore inscripsit nomen suum b. Frid. Münter, S. R. Selandiae

episcopus, ex cujus bibliotheca in Bibliothecam Regiam migravit hic liber. Addidit Münterus haec verba: "Munus Danielis Dumreicheri, Danorum in Aegypto proxeni. Hafniae, MDCCCXXVI." Praeterea idem Münterus praemisit notitiam de Corani partibus, quas codex exhibet. Incipit fol. 1. r. a verbis [و]جدنا اباءنا Sur. 21, 54.; deficit fol. 58. v. in verbis ولكن يناله [التقوى] Sur. 22, 38. Puncta diacritica rarissime apparent; vocalium signa, rubro colore picta, saepius adjiciuntur; signa orthographica nulla. Attamen ubi litterae hamzatae tribuenda erat vocalis, viridi colore hanc appinxit scriptor, non rubro; ubi simul exprimenda erat nunnatio, viridi colore alterum expressit vocalis signum, alterum rubro. Lectiones variae simili modo notantur, ut in cod. nostro XXXVIII., ita ut variis coloribus varietas vocalium exprimatur, et signorum diacriticorum, adeoque litterarum consonantium; de qua re vide descriptionem uberiorem Lindbergii, l. l. pag. 56. sqq. Specimen quoque is dedit ibidem, Pl. VI.

XL.

(N. 5. codd. Cuficorum.)

Fragmentum Corani membranaceum, char. Cufico majore bene scriptum, minus bene conservatum; folia sunt 31.*), novem fere pollices alta, duodecim cum dimidio lata. Incipit fol. 1. r. a verbis واوينهما الى ربوة Sur. 23, 52.; desinit fol. 31. in verbis مغفرة ورزق Sur. 24, 26. Adsunt puncta diacritica, lineolis notata; saepe etiam vocalium signa, rubro colore picta, et nonnunquam, ubi locus erat Hamzae, viridi; notae orthographicae negliguntur. Variae lectiones indicantur haud raro, eodem quem diximus modo. Cf. praeter Adlerum, l. l. pag. 22., descriptionem Lindbergii, pag. 60. sqq., cui scripturae specimen adjecit. Pl. XI. — E codice nostro XLII. (N. 6. codd. Cuficorum) tria folia ad hunc codicem pertinere, primus animadvertit Lindbergius.

*) Apud Adlerum, l. l. pag. 22., 29 tantum folia numerantur; vid. notam ad cod. XLII.

XLI.

(N. 1. codd. Cuficorum.)

Fragmenta Corani membranacea, char. Cufico, litteris maximis, atramento nigerrimo nitide scripta; folia sunt 36.*), septem pollices et novem lineas alta, undecim lata. Quattuor habes ejusdem codicis fragmenta: 1) Fol. 1—3. a verbis انى اخاف الله Sur. 59, 17. usque ad السلام المو[من] Sur. 59, 24. Desunt deinde folia duo; pergit enim codex: 2) fol. 4. r. verbis قد كانت لكم Sur. 60, 4. et desinit fol. 34. v. in vocibus ما فى السموات و[ما] Sur. 64, 1. 3) Fol. 35. incipit a verbis يحدث بعد ذلك Sur. 65, 1., desinit in يومن بالله وا[ليوم] Sur. 65, 2. 4) Fol. 36. denique, in margine laesum, e Sur. 66. continet versus primi vocem extremam رحيم, versum 2. et tertii partem, ita ut desinat in vocibus واعرض عن. — Fol. 36. v. in ima pagina scriptum est nomen Friderici a Bockwoldes. Litterarum puncta diacritica paene nusquam apparent; vocalium signa saepius appinguntur rubro colore, et nonnunquam, ubi locus erat Hamzae, flavo. Plerumque tamen signum Hamza lineola rubra notatur, adjecto saepe puncto caeruleo, vocalem designante; eademque lineola, signum Hamza denotans, vel tum appingitur, cum locus erat Waszlae, ut recte exposuisse videtur Adlerus, l. l. pag. 32., a cujus sententia non erat quod recederet Lindbergius. Signum quoque Teschdid rubro colore eademque forma notatur, qua in scriptura Neschi, ita tamen ut ipso loco, quem occupat sive supra litteram, sive infra, sive in media linea, simul vocalis indicet naturam. Cf. Adlerum, pag.

*) Apud Adlerum, l. l. pag. 21., 34 tantum numerantur folia.

21. 32. sq.; Lindbergium, p. 64. sq. cum specimine Pl. IX.

XLII.

(N. 6. codd. Cuficorum.)

Fragmenta Corani membranacea, char. Cufico litteris majoribus bene scripta; folia 6.*), octo fere pollices alta, lata pollices duodecim cum dimidio. 1) Fol. 1. r. continet lineas quattuor, auro ornatas, quae Corani quidem partem non exhibent, sed loco tituli ad introducendum librum sacrum inserviisse videntur, aut, quod veri similius, in fine codicis Coranici ad clausulam formandam. Lectu sunt difficillimae hae lineae; e prioribus duabus haec mihi videor eruisse:

ـ الله ـ عطايه لا يجعل لاحد من ا

لمسلمين ان ـ ولا ـ له فلا ـ فلا

Ultima vox lin. quartae fortasse legenda est: لعمره. — Fol. 1. v. ornamentis aureis pictisque repletum in media pagina offert verba: صنعه الحسن بن "fecit el-Hasan filius —", quae verba complere debebant sine dubio in pagina sequenti nomen patris el-Hasani et id genus alia.**) In margine superiore leguntur verba: بسم الله الرحمن الرحيم الحمد لله رب العالمين; in inferiore: الرحمن الرحيم ملك يوم اياك نعبد واياك; Sur. 1. initium, omisso tantum per incuriam vocabulo الدين post vocem يوم. Reliqua ejusdem capitis pars sequi debebat in pag. sequenti.

2) Fol. 2. continet Sur. 15, 19—21. a verbis والا[رض] مددناها usque ad verba وما ننزله. Adsunt vocalium signa rubro plerumque colore picta et, ubi locus erat Hamzae, viridi. Raro notantur puncta litterarum diacritica, et recentiore quidem manu; cf. Lindbergium, l. l. p. 55. sq. et Pl. V.

3) Fol. 3. continet Sur. 2, 16—18. a verbis لا يبصرون usque ad verba من الصواعق. Vocalium signa rubro plerumque colore, puncta diacritica lineolis colore viridi pictis notantur et sic quoque signum Teschdîd, vocalis simul locum tenens. Cf. Lindbergium, l. l. pag. 58. sq. et Pl. VII.

4—6) Foll. 4—6. pertinent ad codicem nostrum XL., quod recte vidit Lindbergius. Continet autem Fol. 4. Sur. 3, 96—99. a verbis يايها الذين usque ad vocem وكنتم; fol. 5. Sur. 24, 47—50. a verbis فريق منهم usque ad قول المومنين; fol. 6. Sur. 24, 58. 59. a verbis كما استاذن usque ad خير لهن. Cf. Lindbergium, l. l. pag. 60. sqq.

In fine codicis adjiciuntur litterae illae cl. viri *Fourmont*, quas partim publici juris fecit Adlerus, l. l. pag. 22. sq. Agunt eae de hujus codicis foliis 1. et 2. et de duobus aliis, quae jam codici XL. adjuncta esse suspicamur; sed produnt litterae auctoris in his rebus ignorantiam.

XLIII.

(N. 7. in fol.)

Córani fragmentum, formae maximae. Folia sunt duo chartae orientalis crassae et laevigatae, ejusdem exempli magnifici particula, cujus fragmenta ampliora, Dresdae in Bibliotheca Regia et Lipsiae in Bibl. Senatoria asservata, uberius descripsit Ill. Fleischer; vid. Catalog. codd. MSS. orientt. Bibl. Reg. Dresd. pag. 74. n. 444. et Catal. libb. MSS. Bibl. Senat. Lips. p. 352. sq. n. XXXVII. Scriptus erat codex ille charactere ϑulϑî maximo aureo et variis coloribus ornamentisque implicato, Baghdâdi a. 706. (Chr. 130$\frac{6}{7}$.), jussu imperatoris Mogolici Oelgáitu-Chân Chudâbende Ghijâϑ-eddîn Muhammed, Ćingiz-Chânidae. —

*) In Catal. Bibl. Reg. MS. numerantur folia 8.; veri simile est, duo folia, quae quondam huic cod. juncta fuere, jam ad cod. XL. esse relata, qui Adleri tempore erat foliorum 29., nunc est foll. 31. Sed tria folia, quae adhuc cod. nostrum XLII. claudunt, ad eundem illum referri debebant, cujus partem olim ea fecisse, recte vidit Lindbergius.

**) Errat Lindbergius, l. l. pag. 55., legens: صنعة الحسنين, quod vertit: "artificium pulchritudinum".

Foliorum ordo in hac nostra particula inversus est; posterius enim incipit a voce بالآخرة Sur. 41, 7. Hinckelm., et desinit in extrema voce versus 9.; prius incipit a versu 10. et desinit in voce صاعقة, v. 13. — Annotamus, figuram signi orthographici Wạszl ita in hoc codice esse efformatam, ut litteram Szâd accurate referat; est enim illud signum vocis صلة compendium.

CODICES DE INTERPRETATIONE CORANI.

XLIV.

(N. 8. in fol., olim N. 31. in fol.)

Commentarii in Coranum fragmenta duo, fol., foll. 160. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi nitidissime scripta. Folia tantum 11—13. alia manu minus eleganter suppleta sunt; sed fol. 13. v. ne dimidiam quidem paginae partem occupat scriptura, ita tamen ut non sit lacuna inter hujus supplementi extrema verba et folium sequens. Corani verba, ad quae pertinet commentarius, partim rubro colore scripta, partim auro obducta sunt, saepissime vero librarius explere lacunas, textui destinatas, neglexit. Incipit fragmentum prius fol. 2. r. in media explicatione Sur. 9, 43., et ab his quidem verbis: صريح في انّه سبحانه وتعالى. Desinit fol. 24. v. in explicatione Sur. 10, 20. init., in verbis: من غير اختلاف وذلك من. — Alterum fragmentum, a fol. 25. r. usque ad finem codicis, fol. 160. v., continet commentarium in Sur. 2, 92—4, 139. Incipit ab his verbis: كفر بما معه من الكتاب, desinit in verbis: وقرئ شاذا مثلهم بالفتح لاضافته الى غير متمكن كقوله تعالى مثل. — Auctoris nomen non proditur. Neque Beidhâwium esse, neque Zamachscharium, constat. Viri docti, quibus major librorum Arabicorum copia praesto est, ut possint comparatione instituta cum aliis commentariis, favente numine, indicare auctoris nomen, subjungimus hoc loco initia capitum Corani tertii, quarti atque decimi. Cap. III. (fol. 74. v.): الم الله لا اله الا هو قد سلف ان ما لا يكون من هذه الفواتح مفردة كصاد وق ونون ولا موازنة لمفرد كحا ميم وطا سين ويا سين الموازنة لقابيل وهابيل وكطا سين ميم الموازنة لدارابجرد حسبما ذكره سيبويه في الكتاب ،

Cap. IV. (fol. 121. v.): يا ايها الناس خطاب يعمّ حكم المكلّفين عند النزول ،

Cap. X. (fol. 18. v.): الر بتفخيم الرآء المفتوحة وقرئ بالامالة اجرآء للاصلية مجرى المنقلبة عن الياء وقرئ بين بين ،

XLV.

(N. 15. in 4to, olim N. 41. in 4to.)

'Iszâm ed-dîni annotationes ad Beidhâwii commentarium in Coranum, 4to, foll. 420. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scripta; codex bene conservatus. Fol. 1. r. inscriptum est, sed non ab ipsius codicis manu: هذه حاشية مولانا عصام الدين على تفسير القاضي البيضاوى نفع الله تعالى بها امين ،. Praefationis initium, fol. 1. v., iis verbis fere respondet, quae laudat 'Hâg'î Chalfa, edit. Flügel. vol. I. p. 477., tantum quod in codice perperam scriptum videtur: بارقاد pro بارفاد et الفرقان est pro القرآن. Auctoris nomen sic exhibet praefatio: ابرهيم بن محمد بن عربشا[ه] الاسفرانى (sic) المشتهر بعصام الدين ،. Inscripsit hunc librum Sultâno Suleimân bin Selîm bin Bâjezîd. Mortuus est Samarqandae, a. h. 943. (Chr. 153⁶/₇.) Incipiunt annotationes ad Beidhâwii praefationem

fol. 2. r. extr. et desinunt in fine suratae 5. Deest Sur. 6., ad quam annotationes 'Iszâm ed-dîni pertigisse docet 'Hâg'î Chalfa, itemque Sur. 78—114. Fol. 419. r. in fine suratae المائدة legitur subscriptio ita incipiens: تمت المايدة وعمت الفايدة وتحمد الله على الانعام cet. Librarii nomen non additur, neque scriptionis annus.

XLVI.

(N. 9. in fol.; olim N. 30. in fol.)

Appendix ad commentarium Beidhâwii in Corani Sur. I., auctore *Mu'hammed Emin bin Szadr ed-din e's-'Sirwânî;* fol., foll. 85. chartae orientalis laevigatae, char. Nestâlîq bene exarata, bene conservata. Auctoris nomen exhibet praefatio, fol. 1. v., cuius prima verba laudat 'Hâg'î Chalfa, ed. Flügel. vol. I. p. 479. Idem mortuum esse perhibet Emînum a. h. 1020. (Chr. 1611.); num recte, dubitare licet. In fine enim codicis, fol. 85. r., legitur subscriptio, ita incipiens: تم ما يتعلق بسورة الفاتحة, in qua notatur absolutae operae locus atque tempus: Constantinopoli, mense Rebî' priore a. h. 1034. (Chr. 1624.) Deinde vero sequuntur haec: ويتلوه انشاء الله ما يتعلق بسورة البقرة وقد كنا يكتب [leg. نكتب] قبل هذا التاريخ بعشرين سنة على سورة الفاتحة ما يتعلق بحل مواضعها المشكلة لكن الآن وقع تبديل كثير وتفسير غير يسير والتعويل على الاخير والله على كل ما يشاء قدير ، Quibus verbis manifesto docet ipse libri auctor, novis curis emendatam hanc prodire operam, cujus primam editionem viginti annis ante jam paraverat, et ad secundum quoque Corani caput commentarii appendicem Deo volente sese editurum. Quod cum ita se habeat, ea etiam, quae praecedunt, scriptionis tempus (a. 1034.) indicantia, ipsius auctoris verba esse, veri simile est, repetita, ut saepe fit, a librario. Firmatur haec conjectura eo, quod altera quaedam sequitur annotatio, scriptionis tempus ita indicans: وتم فى اواخر شهر جمادى الاخر من شهور سنه   وثلثين والف، . Spatium inter voces سنه et وثلثين relictum est vacuum. Additur denique scribentis nomen موسى بن شيخ امين, qui videtur esse auctoris filius. Sed ne hunc quidem nostrum codicem scripsisse inde colligitur, quod anni designatio ex parte relicta est imperfecta, quod sane fieri vix potuit, nisi librarius quidam ex alio codice haec omnia transscribens incidisset in vocabulum tam male pictum, ut omittere illud satius duceret.

XLVII.

(N. 10. in fol.; olim N. 19. in fol.)

Commentarius in loca difficiliora Corani, auctore *'Abu Abd allâh Mu'hammed bin 'Ali e's-'Sâtibi;* fol., foll. 133. chartae recentioris Europaeae laevigatae, char. Neschi distincto scriptus. Fol. 1. r. legitur inscriptio: هذا كتاب التفسير (sic) القران للامام الشطيبى (sic) رحمه الله تعلى (sic) ونفعنا به امين عام 1174 ، . Alia inscriptio fol. 1. v. ante praefationem minio exarata est: كتاب الانباب فى شرح مشكلات الكتاب مما الفه بعض من المتأخرين وهو الشاطبى الامام العارف بالله ابو عبد الله محمد بن على الاندلوسى الحاج الشاطبى التزعورى رحمه الله ، . Incipit praefatio his verbis: الحمد لله الذى احتجب بشده ظهوره عن ان تدرك الابصار ، . Ipse commentarius ad sur. 1. incipit fol. 7. r., desinit fol. 133. v. in sur. 83., in quam commentarius ad finem non perductus est.

CODICES PRECATIONES AUT CONTINENTES AUT SPECTANTES.

XLVIII.

(N. 16. in 4to; olim N. 27. d. in 4to.)

Tractatus de arcanis invocationis Dei cum exhortatione ad eam peragendam, 4to, foll. 10. chartae Europaeae, ut videtur, char. Neschi pessime scriptus, bene conservatus. Inscriptio initio libelli, fol. 1. r., haec est: هذه الرسالة في اسرار الذكر والحث عليه اماتنا الله على حبه ، . Desinit codex fol. 10. v. in media pagina. Auctoris nomen ignoramus.

XLIX.

(N. 16. in 8vo; olim N. 71. in 8vo.)

Codex in 8vo, foll. 159. chartae Europaeae, ut videtur, laevigatae, char. Neschi bene scriptus atque conservatus. Continet is:

I. *Commentationem de formulis bene precandi Muhammedi prophetae,* auctore *Abû 'Abd allâh Mu'hammed bin Suleimân el-G'u-zûli.* Inscriptio fol. 1. r.: هذا دلايل الخيرات عام 1175 ، . Incipit ipse liber fol. 1. v., ubi auctoris nomen habes ita scriptum: سيدى محمد بن سليمن الجزولي رحمه الله تعلى ، . Praeferimus tamen nos scriptionem الجزولي, Vethium secuti in editione libri Lubb el-lubâb, s. v. — Libri nomen plenius exhibet praefatio, fol. 2. r.: كتاب دلائل الخيرات وشوارق الانوار في الصلوة على النبى المختار ، . Cf. 'Hâg'î Chalfa, ed. Flügel. vol. III. p. 235.; ill. de Hammer in catal. MSS. (Wiener Jahrbücher, Vol. LXXX. Anzeigebl. p. 43. sqq.) n. 262.; Fleischer in catal. biblioth. Reg. Dresd. p. 43. n. 285.; A. Krafft, die Handschriften der K. K. Orient. Akad. zu Wien, n. CDXLII.; Catal. MSS. b. Silvestre de Sacy, n. 37. 38. — Nomina et epitheta prophetae ducenta et unum recensentur fol. 7. r. — 9. r. Templi Meccani (non Medinensis, quod est in cod. Dresdensi,) delineationem exhibet fol. 9. v., aliam, quae quid significet, nobis non liquet, fol. 10. r.

II. Fol. 58. v. sequitur *introductio in carmen* celebratissimum *el-Burde*: قال الشيخ نور الدين ابو الحسن على بن جابر رضى الله عنه املا على الامام شرف الدين ابو عبد الله محمد بن سعيد بن حماد البوصيرى ان سبب انشاء لهذه القصيدة المباركة الخ ، Ipsum carmen habes fol. 61. r. med. — 71. v. lin. 1.

III. Excipit illud *catalogus nominum Dei*: اسماء الله الحسنى ،

IV. Deinde sequuntur *precationes variae* atque alia, quae cultum et superstitionem Muhammedanorum spectant, quorum indicem subjungimus: fol. 72. v. — 78. v. med.: وضيفة (leg. وظيفة) الشيخ --- ابى العباس احمد بن احمد بن محمد ابن عيسى البرنوسى المدعو (sic) بزروق رحمه الله ، Fol. 78. v. med. — 82. v. lin. 5. a fine: expositio virtutum precationis, quae vocatur حرز فضائل حرز الاقسام وخواصه نفعنا الله به تاليف : الاقسام الشيخ --- سيدى محرز بن خلف رحمه الله ، . Fol. 82. v. lin. 4. a fine: ipsum carmen, cui titulus حرز الاقسام ; auctoris nomini in inscriptione puncta vocalia adjecta sunt haec: مُحْرِز بن خَلَف. Fol. 96. v. lin. 5. a fine: حِزْبُ الطَّمْس للشيخ ابى الحسن الشاذلى ، . Fol. 98. r. lin. 6. a fine: دعاء مبارك --- يسمى حرز الجارية ، . Fol. 104. v. lin. 2: حزب التوسّل للامام --- ابى الحسن الشاذلى ، . Fol. 106. r. med.: alius حزب ejusdem 'Sâdilitae. Fol. 113. r. med.: الحزب الصغير المسمى بحزب البحر وبالحفيظة للشيخ --- نور الدين ابى الحسن الشاذلى (sic) ، . Fol. 115. r. med.: حزب الفلاح ، auctore سيدى محمد بن عبد الرحمن بن ابى بكر بن سعيد سليمن الجزلى (sic) رحمه الله ، . Fol. 115. v. lin. antepaen.: دعاء الريح الاحمر ، . Fol. 118. r. med.: Sur. 18. (الكهف); fol. 123. v. lin. antep.: Sur. 56. (الواقعة), utraque cum annotatione marginali. Fol. 125. v. lin. 4.: قصيدة الهمزية ، , cuius initium non sine mendis sic exhibet codex noster:

صلوات عليك يا خيرَ هادى ، وسـلام مجدّد وثناء ،
كيف ترقى رقيّك الانبيـاء ، يا سماءً ما تطاولتها سماء ،

Fol. 152. v. init.: carmen, auctore السيدة ربيعة العدوية رحمها الله . Fol. 153. v. med.: فصل اذكر فيه --- ازمنة عظيمة على شهور العجم ونذكر --- كل شهر وما يكون فيه مما لا بد من معرفته من سعادة الايام وتحسبها الخ . Nomina mensium in hoc calendario ita sunt scripta: ينير ، فبراير ، مارش ، ابريل ، مايه ، ينيه ، يليز ، غشت ، شتنبر ، اكتبر ، نوذبير ، دجنبر . — Desinit codex fol. 159. v. extr.

L.

(N. 17. in 8vo.)

Eadem *commentatio Mu'hammedis el-G'nzûli*, quam exhibet codex XLIX., in 12°, foll. 136. non compactorum, sed in capsula coriacea inclusorum. Charta recentior Europaea laevigata, scriptura Africana bona, codex bene conservatus. Concordat cum codice praecedente usque ad ejus fol. 58. r. Fol. 18. in utraque pagina picturas exhibet, sed ab altero codice diversas. In margine notatur non modo finis partis quartae, tertiae, dimidiae, duarum tertiarum et trium quartarum totius liturgiae, sed etiam finis uniuscujusque precationum centuriae. Fol. 136. r. in fine libri harum precationum traditur numerus esse 534.

LI.

(N. 18. in 8vo; olim N. 66. in 8vo.)

Preces Ja'hjae e's-'Sirwânî, in 8vo min., foll. 16. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi optime scriptae, bene conservatae. Inscriptio, quae ipsas preces praecedit, fol. 1. v., haec est: هذا وِرْد حضرت سلطانُ المشايخ السيد يحيى الشروانى قدّس الله تعالى سرّه . Turcicum produnt aut Persicum librarium puncta, quae vides apposita, vocalia. Desinit codex fol. 13. r. sub finem, sed non videtur absolutus.

LII.

(N. 17. in 4to; olim N. 27. e. in 4to.)

Precationes *'Abd el-qâdiri el-G'ilâni*, clarissimi Muhammedanorum theologi, cum aliis quibusdam similis argumenti, in 4to, foll. 6. chartae orientalis laevigatae, char. Africano male exaratae; codiculus usu aliquantum tritus. Fol. 1. r. legitur inscriptio haec: فتح البصائر لعبد القادر رضى الله عنه وعمنا بركاته وعنايته يا رب العالمين . Incipit ipsa haec precatio fol. 1. v. Aliam habes fol. 2. v., quæ inscribitur: هذه اغاثة [اغاثة] العارفين وغاية منى (sic) الواصلين للغوث الاعظم سيدنا عبد القادر الجيلانى قدس سره . Fol. 5. r. lin. 4. legitur subscriptio: تم اوراد الخمس لسيدى الشيخ عبد القادر الجيلانى ; ibid. pag. fere media: هذا انشاد على لسان الشيخ عبد القادر ; et mox: طريق الاستخارة ; fol. 5. v.: طريقة ثانية فى الاستخارة ، فايدة فى الاسم الاعظم ، فايدة فى الاستخارة ايضا ، باب اذا اردت ان تعرف كل الزوجين يتفقان ام لا ، Fol. 6. r. lin. 7.: فايدة جليلة من فوايد مولانا سيدنا محمود شيخنا . Desinit codex sub finem huius paginae.

LIII.

(N. 1. rotulorum; olim N. 75. in 8vo.)

Rotulus, tredecim ulnas, pollices duo cum quadrante longus, quinque fere pollices latus. chartae orientalis usu nonnihil tritae, char. Neschi haud male scriptus, inclusus in capsula lignea, corio obducta, continens *precationes magicas*, quas vocant الهياكل السبعة, et alia quaedam ejusdem generis. Caput voluminis divisum est in sectiones nonnullas minores, quae continent primum haec verba e Sur. 3. v. 16. et 17. desumpta: هو العزيز الحكيم ان الدين عند الله الاسلام ; deinde e v. 25.: قل اللهم مالك الملك تؤتى الملك من تشآء وتنزع الملك ممن تشآء . Sequitur recensus nominum Dei et ex eodem versu Suratae 3. quae restant: وتعز من تشآء الآية . Has sectiones singulas limbus circumdat triplex, Coranica itidem continens; exterior

atque interior minoribus litteris, minio exaratis, scriptus est; medius majoribus litteris et atramento. Eadem ratione triplici limbo inclusa est reliqua pars voluminis, quae continet formulas hasce: primum دعاء السيفى (sic); tum septem illas, quibus inscribuntur الهيكل الاول cet. usque ad septimum; alias deinde, quarum hi sunt tituli: محبه وعطفه ، للخوف والفزع ، عقد لسان ، لدخول الملوك ، لابطال السحر ، لوجع العينين ، لحما والحمره ، لوجع الراس ، باب الفتح ; denique: لضرب السيف، cum delineatione ensis; لرمى النشاب ، cum delineatione arcus et sagittarum; لطعن الرمح ، cum delineatione hastae; عصاه موسى (sic) ، cum delineatione baculi Mosis; للشمس والقمر ، cum delineatione solis et lunae; لجلب الرزق ، cum delineatione palmae manus, ut videtur, patinam aut aliud vas ferentis; للحية والعقرب ، cum delineatione serpentis et scorpionis; لعسر الولادة ، . Agmen claudit tabula apotelesmatica cum subscriptione, quae incipit: تم الهيكل المبارك ، . Infra legitur: واتفق فراغ الهيكل المبارك cet.; additur scriptionis tempus, m. Ramadhân, a. h. 803. (Chr. 1401.) et scribentis nomen, ʾAlî bin Aʿhmed bin Muʿhammed el-Maʿhallî (المحلى).

CODICES DE TRADITIONE PROPHETICA.

LIV.

(N. 11. in fol.; olim in Bibl. Univ. Haun. N. 3. in fol.)

Pars prima libri Gemma pura, quo refutatur Beihaqius in corpore traditionum majore, auctore *ʾAlâ ed-dîn Abû-ʾl-hasan ʾAli bin Fachr ed-dîn ʾUϑmân el-Mârdînî*, ʿHanefita; fol., foll. 195. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scripta, sed omissis saepissime punctis diacriticis; codex ex parte tineis corrosus et aqua laesus. Fol. 3. r. inscriptus est, praeter nomina hominum nonnullorum, qui codicem quondam possidebant, hic titulus: الجزو الاول من الجوهر النقى فى الرد على البيهقى ، Idem legitur apud ʿHâgʿî Chalfam, ed. Flügel. vol. III. p. 627.; item vol. II. p. 654., additis tamen verbis: فى سننه الكبير ، . Auctoris nomen, quod dedimus, integrum habes fol. 3. v. in capite praefationis, cujus prima verba ʿHâgʿî Chalfa quoque exhibet. Mortuus est secundum eundem a. h. 750. (Chr. 1349.) Desinit codex fol. 195. v. Subscriptio librarii promittit partem secundam, incipientem a capite de jejuniis, et notat scriptionis annum 798. (Chr. 1396.), et mensem Gʿumâdâ posteriorem. — Juncta sunt codici folia duo non compacta, quae supplementum trium fere paginarum continent, ad locum de ritibus in precando observandis pertinentium. Lacuna, cui supplendae destinatae sunt, in media aliqua pagina esse videtur, neque accuratius eam indicare possumus. — Fol. 1. v. et 2. r. nonnulla continent, male picta, quae ad ipsum librum non pertinent, disticha Arabica, et lineas aliquot, charactere Taʾlîq scriptas, quibus superscriptum est: ترجمه المصنف لهذا الكتاب رحمه الله تعالى ،

LV.

(N. 12. in fol.; olim N. 18. in fol.)

Corpus traditionum, el-Maszâbîʿh (المصابيح i. e. Lucernae, plenius مصابيح السنة) dictum, auctore *el-Baghawî*, fol., foll. 382. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi docta manu eaque antiqua scriptum, aqua nonnihil laesum. Incipit praefatio fol. 1. v. ab his verbis: الحمد لله وسلام على عباده الذين اصطفى ، ; atque auctoris nomen exhibet: قال الشيخ ـ ـ ـ السيد محيى السنة ناصر الحديث شيخ الاسلام ظهير الدين ركن الاسلام ابو محمد الحسين بن مسعود البغوى ، . Explicatur in praefatione usus vocabulorum صحاح et حسان in laudandis traditionum propheticarum scrip-

toribus, quorum priore significantur: ابو عبد الله محمد بن اسمعيل الجعفى البخارى et ابو الحسين مسلم بن الحجاج القشيرى ; posteriore autem ابو داود سليمان الاشعث السجستانى et ابو عيسى محمد بن عيسى الترمذى, aliique, quorum nomina non recensentur. Ipsius operis liber primus incipit fol. 2. r. lin. 7. Distinguuntur libri XXV., quorum recensum hic habes:

1. كتاب الايمان : fol. 2. r.
2. باب العلم (ita prima manu scriptum erat, sed superscriptum est secunda manu: [كتاب فى العلم]): fol. 18. r.
3. كتاب الطهارة : — 21. r.
4. الصلوة — : — 32. r.
5. الجنايز — : — 78. r.
6. الزكوة — : — 89. r.
7. الصوم — : — 101. v.
8. باب فضايل القران (sic): — 109. r.
9. كتاب الدعوات : — 115. v.
10. باب اسماء الله (sic): — 119. r.
11. كتاب المناسك : — 135. r.
12. البيوع — : — 151. r.
13. النكاح — : — 167. v.
14. القصاص — : — 189. r.
15. الحدود — : — 196. r.
16. الامارة والقضاء — : — 202. v.
17. باب الجهاد والسير (sic): — 209. r.
18. كتاب الصيد والذبايح : — 230. r.
19. الاطعمة — : — 235. r.
20. اللباس — : — 243. v.
21. باب الطب والرقى (sic): — 253. r.
22. كتاب الرؤيا : — 257. v.*)
23. الاداب — : — 260. r.
24. الفتن — : — 296. v.
25. باب بدو الخلق (sic): — 331. v.

Finis notatur fol. 380. v. med., subscripta voce تمت. — Auctoris nomen plenius exhibet 'Hâg'î Chalfa, ed. Flüg. vol. I. p. 259. n. 524.: محيى السنة الحسين بن مسعود الفراء البغوى ; cf. ibid. p. 484. n. 1423. Mortuum esse ait idem a. h. 517. (Chr. 1122.) Cf. praeterea Möllerum in Catal. Biblioth. Gothanae, n. 3. 4. Hujus operis exempla inveniuntur in Biblioth. Reg. Paris. n. 353. Lugd. n. 617. Goth. n. 15. Senat. Lips. n. 185. catalogi Fleischeriani (vol. primum tantummodo); item cum commentario in Bibl. Escur. n. 1506. — Commentarium, cui titulus *Mi'skât el-Massâbî'h*, Anglice versum edidit A. N. Matthews, (II. Voll., Calc. 1809. 1810. in fol. min.,) eumque a. h. 737. absolutum esse perhibet a "Shaikh Wali-ul-di'n Abú Abdullah Mahmúd, son of Shaikh Abhari' Muh'ammed, son of Abdi Ahadi Khatib." Ipsum Baghawium perperam vocat: "Imám Abú Muh'ammed al-H'usain Ibn Masúúd al-Ferâí' of Baghdád"; dicendum erat: *el-Ferrâ* (i. e. pellio) *el-Baghawî* (i. e. oriundus ex oppido بغ vel بغشور provinciae Churâsân).

Adjiciuntur codici nostro fol. 381. v. 382. r. annotationes nonnullae, vitam maxime virorum quorundam clarorum inter Muhammedanos spectantes. Sunt ex horum numero 'Alî bin Abî Tâlib, Anas ibn Mâlik, Abû Hureira, 'Abd allâh bin 'Abbâs, 'Omar bin el-chattâb, aliique.

LVI.

(N. 13. in fol.; olim N. 42. in 8vo.)

Ibn el-Meleki commentarius in corpus traditionum esz-Szaghânii, fol. min., foll. 311. chartae orientalis laevigatae, char. Nesta'lîq bene scriptus atque conservatus, sine titulo. Praefatio incipit fol. 2. v. his verbis: الحمد لله على هدية البداية والاسلام وعطية الدراية والاعلام, et commentatoris nomen exhibet hoc modo: وبعد يقول الضعيف العويز عبد اللطيف بن عبد العزيز المعروف بابن الملك المحفوف بحيف الفلك غفر الله له ولوالديه, atque commentarii titulum: مبارق الازهار فى شرح مشارق الانوار ; item plenius traditur nomen

*) In commentario, ab A. N. Matthews Anglice edito, hic liber cum praecedente conjungitur, ita ut XXIV tantum libri numerentur.

libri, quem explicare aggressus est: كتاب مشارق الانوار فى صحاح الاخبار, pro quo in catalogo librorum Ms. excerpto ex 'Hâg'î Chalfae lexico, Bibliothecae nostrae n. 41. in fol., fol. 297. r., legitur: مشارق الانوار النبوية من صحاح الآثار المصطفوية. Hujus libri auctor in ejus praefatione (codicis nostri fol. 6. r.) nominatur: الحسين بن محمد بن الحسن الصَغانى; additur, cognomen derivari a nomine oppidi صَغَان in provincia Mâ werâ ennahr. Apud 'Hâg'î Chalfam secundum epitomen Hauniensem vocatur: الحسن بن محمد رضى الدين الصغانى اللغوى, neque minus in Casirii catal. bibl. Escur., ubi liber ejus exstat sub n. 1686., vocatur الحسن, et adjicitur, eum hunc librum edidisse a. h. 661. (Chr. 1263.) — Incipit commentarius in codice nostro fol. 3. r.; textus verba minio distinguuntur; adjectae sunt haud raro notae marginales et interlineares. Desinit codex fol. 311. r. In subscriptione habes librarii nomen: حسين بن عمر عن قصبة درويش المحتاج الى رحمة الوهّاب --- فى مدرسة قره كوز بيك, et scriptionis annum 1051. (Chr. 1641.) — Inter commentarios in librum esz-Szaghânii ab 'Hâg'î Chalfa enumeratos est noster. Aliud ejus exemplum asservatur in Biblioth. Univ. Lipsiensis. Ejusdem scriptoris est codex noster LXIV., ubi in praefatione vocatur: عبد اللطيف بن عبد العزيز بن امين الدين.

LVII.

(N. 14. in fol.)

Fragmenta libri de traditione prophetica, in fol., foll. 47. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi, magno quidem et distincto, sed non pulchro, scripta, usu trita et aqua nonnihil laesa. Adsunt novem folia extrema quinternionis 35ti; quinterniones 36tus, 37mus, 38vus integri et 40mi folia priora octo ex opere aliquo copioso, cujus titulum et auctorem eruere non contigit. E capitum inscriptionibus adsunt hae: fol. 2. v. باب فضل صلاة التطوّع; 4. v. باب الدعوات; 8. r. باب اتمام الصلاة والخشوع فيها; 13. r. باب العمل بالسُّنّة; 15. v. باب الرفق; باب المستجابات; 18. r. باب ما قيل كيف; 20. v. باب الحزن فى امر الآخرة; 22. v. باب علامات; 27. r. باب التفكر; اصح الرجل; 32. r. باب احاديث ابى ذَرّ الغفارى; 37. r. الساعة; 41. v. باب الاجتهاد فى الطاعة; باب الحكايات.

LVIII.

(N. 19. in 8vo.)

Fragmenta tria libri de doctrina traditionali, in 8vo, foll. 58. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi pulchro scripta. Fragmentum primum continetur foll. 1—8. atque olim quaternio octavus libri alicujus majoris fuit; secundum, foll. 9—17., ejusdem libri quaternio decimus fuit cum primo folio undecimi; tertium, foll. 18—58., ab ultimo folio quaternionis decimi tertii usque ad penultimum duodevicesimi pergit. Quae adsunt, omnia ad ritus in precationibus observandos pertinent. Libri nomen et auctorem ignoramus.

CODICES DE DOCTRINA FIDEI.

LIX.

(N. 18. in 4to; olim in Bibl. Univ. Haun. N. 3. in 8vo.)

El-Ghazâlii Quadragenarius de principiis religionis, in 4to, foll. 160. chartae laevigatae, partim char. Neschi, sed inde a fol. 60. v. char. Nesta'lîq satis bene scriptus, bene conservatus. Est hic tractatus pars libri جواهر القرآن, et tertia quidem (القسم الثالث), uti praefatio codicis nostri (fol. 1. v.) docet; cf. praeterea 'Hâg'î Chalfa, ed. Flügel, vol. I. p. 243. vol. II. p. 646. Sed quae posteriore hoc loco de totius libri divisione traduntur, ea ad nostrum tantummodo tractatum pertinere videntur. Sic enim legimus in praefatione: فانّه ينقسم جمل مقاصدها الى علوم واعمال والاعمال تنقسم الى ظاهرة وباطنة والباطنة تنقسم الى تزكية وتحلية فهى اربعة اقسام علوم واعمال ظاهرة واخلاق مذمومة تجيب [تجب .l] التزكية عنها واخلاق محمودة تجيب [تجب] التحلية بها وكل قسم يرجع الى عشرة اصول واسم هذا القسم كتاب الاربعين فى اصول الدين cet., ex quibus verbis ea, quae affert 'Hâg'î Chalfa, ex parte corrigi poterunt. Respondent illis singulorum capitum tituli: fol. 2. r. lin. 1.: القسم الاول فى جمل العلوم ; fol. 14. r. lin. 3.: القسم الثانى فى الاعمال الظاهرة ; fol. 52. r. lin. 4. a fine: القسم الثالث فى تزكية القلب عن الاخلاق المذمومة ; fol. 98. v. lin. 5: القسم الرابع فى الاخلاق المحمودة. Sequitur denique fol. 156. r. lin. 5. a fine: خاتمة فى مناظرة النفس. Subscriptio legitur fol. 158. v. lin. 3. sqq., secundum quam scriptus est codex mense G'umâdâ priore a. h. 966. (Chr. 1559.) in urbe Sophia (فى بلد صوفيا). In inferiore ejusdem paginae parte, itemque foll. 159. 160. et fol. 1. r. varia continentur, Arabice et Turcice scripta, maximam partem e diversis libris excerpta et ad ipsum librum non pertinentia. Praemisit libro notitiam uberiorem vir doctissimus *Adrianus Reelund,* qui codicem nostrum ex auctione Jac. Golii comparaverat. Cf. Index codd. Mss. ex biblioth. Relandi in calce libri de religione Mohammedanica, N. I. Aliud ejusdem libri exemplum Relandus indicat in Biblioth. Univ. Lugd. N. 346. (Catalogi impressi pag. 422.) Cf. J. H. Hottingeri Promtuarium s. Biblioth. orient. pag. 173.

LX.

(N. 19. in 4to; olim in Bibl. Univ. Haun. N. 4. in 4to.)

Ignoti auctoris liber *de mirabilibus mundi invisibilis,* cui titulus: معدن العلوم ومرسل الهموم، i. e. *fodina doctrinarum et monile cogitationum;* in 4to, foll. 30. chartae, ut videtur, Europaeae, char. Neschi, Turcica, ni fallimur, manu satis bene scriptus, bene conservatus. Praefationis initium fol. 1. v. hoc est: الحمد لله المعروف بدليلة الصادق فى قلب الملكوت على كثير الانعام وقليله، Sequuntur deinde lin. 6. sqq. haec de libri argumento et nomine: اما بعد فهذا كتاب مختصر مجموع فى عجايب ملكوت الله تعالى وذكر اوّل ما خلق الله وذكر اول مخلوقاته بما سمعنا فى ساداتنا ورويناه موضوعا فى الكتاب وسميته معدن (sic) العلوم ومرسل الهموم لما جمع من العلوم الآخرة وبالله التوفيق، Quae verba excipiunt relationes illae fabulosae, quae libri argumentum constituunt, de septem coelis, de tartaro, paradiso, cet., quarum initium hic habes: وروى ان الله تعالى خلق من قبل الذرّة والعرش والكرسى والسموات والارض والجنة والنار ثمانين الف مدينة بعضها فوق بعض كل مدينة منها مثل الدنيا عشر مرات، cet. Desinit codex fol. 30. r. Subscriptio haec est: تمت عجايب الملكوت بعون الله تعالى،

CODICES DE DOCTRINA OFFICIORUM, JURUM, MORUM.

LXI.

(N. 15. in fol.; olim N. 42. in fol.)

Codex in fol., foll. 121. chartae orientalis laevigatae, usu tritus et aqua aliquantum laesus. Continet is: 1. fol. 2. v.—45 r. *Compendium officiorum, morum et jurum* secundum statuta Mâlikitarum, institutioni puerorum destinatum, auctore *Abû Mu'hammed 'Abd allâh bin Abî Zeid el-Quirawânî*, char. Maroccano bene scriptum. Mortuus est auctor a. h. 385. (Chr. 995.) Idem liber est, de quo uberius egit J. H. Hottingerus in Promtuario s. Biblioth. orient. pag. 174—180. Titulum is tradit hunc: كتاب الرسالة فى المدخل الى علم جمل من واجب امور الديانة. Similis est titulus codicum Escurialensium N. 1241. et 1523., qui eundem librum sine dubio continent. Capitum indicem habes apud Hottingerum. In codicis nostri clausula notantur scriptionis annus et mensis, Rebî' prior a. 1129. (Chr. 1717.) Aliud exemplum possidet Bibliotheca nostra, N. 20. in 4to. Cf. praeterea Index codd. Mss. ex biblioth. Relandi, n. V.; d'Herbelot, Bibl. orient., s. v. Matan alressalat, quo nomine nostrum librum innuit; A. Krafft, die Handschriften der K. K. orient. Akad., pag. 173. sq.

2. Sequitur fol. 46. r.—89. r. *Commentarius in librum* المرشد المعين على الضرورى من علوم الدين i. e. *ducem paratum ad monstrandam viam ad ea, quae sunt necessaria e doctrina religionis,* char. Africano, non tamen eadem manu, qua praecedens liber, et minus bene scriptus. Commentarii titulum praefatio exhibet: الدرّ الثمين والمورد المعين فى شرح المرشود (leg. المرشد) المعين على الضرورى من علوم الدين; item auctoris nomen: محمد بن احمد بن محمد الفاسى اصلا ودارا ومنشأ الشهير بميارة. Auctor vero libri el-Murschid, ad quem commentarius pertinet, vocatur: ابو (sic) الحاج الابى محمد سيدى عبد الواحد بن عاشر الاندلوسى ثم الفاسى رحمه الله. Praefationis initium hoc est: الحمد لله من شيد الامة لما اختار لها من الايمان والاسلام.

3. Fol. 90. r.—99. v. *Commentarius in carmen iambicum* (الارجوزة) *'Abd allâhi bin Mu'hammed el-Hebti* (عبد الله بن محمد الهبطى), char. Africano, sed tertia quadam manu non male scriptus. Commentarii auctor in praefatione (fol. 90. r.) vocatur: سيد ابو القسام بن نجوا; in fine libri tamen, fol. 99. v., pro ابو القسام scriptum est: ابو القاسم. De argumento carminis illius praefatio haec tradit: وبعد فقد طلب منى بعض الاخوان ان اشرح لهم الارجزة (sic) الذى (sic) الفيها الولى الصالح --- سيد عبد الله ابن محمد الهبطى رضى الله عنه فى اقسام العدة واحكامها والحيض والرضاع فاردت ان افيد لهم بعض ما طلعت من كلام اهل العلم يكون لها كالشرح. Mira est subscriptio, fol. 99. v.: انتهى فى شهر غشت بعد الماية والف وثمانين وعشرين. Indicare voluit, ni fallimur, librarius annum h. 1128. (Chr. 1716.), Christianum addens mensem Augustum.

4. Fol. 100. r.—109. v. *Commentarius in tractatum 'Aqide* (عقيدة) *Abû 'Abd allâhi Mu'hammed bin Jûsuf es-Senûsî*, char. Africano et eadem manu scriptus, qua praecedens libellus. In praefatione sic loquitur commentarii auctor, cujus nomen latet: وبعد فقد سالنى بعض المحبين --- ان اضع لهم شرحا مختصرا مفيدا وغيره من المبتدعين على فهم عقيدة الشيخ --- سيد ابوا (sic) عبد الله محمد بن يوسف السنوسى رحمه الله. Intelligendus est, ut videtur, tractatus ille عقيدة التوحيد, quem recenset Fleischerus in catal. biblioth. Dresd. n. 216, 4. Casirius in Catal. bibl. Escur. n. 1554. ipsi es-Senûsio nostro commentarium in tractatum suum tribuit, cui titulus: عمدة اهل التوفيق فى شرح عقيدة اهل التوحيد. Cf. praeterea ibid. n. 633. 959, 7. 1009.

5. Foll. 110. v. — 118. r. *Commentarius brevior in carmen astrologicum Mu'hammedis bin Sa'îd bin Mu'hammed bin Ja'hjâ bin 'Hamd*

es-Sûsî el-Merghati)* (محمد بن سعيد بن محمد بن يحيى بن حمد السوسى المرغتى), ab ipso carminis auctore conscriptus, eademque manu exaratus, qua praecedentes commentarii 3. et 4. Auctoris nomen exhibet praefatiuncula, in qua de libri argumento leguntur haec: وبعد فقد تقيد مختصار (sic) على نظمنا المسمى المقنع فى اختصار علم ابى مقرع سالوسى --- بعد ما كنت قبل هذا وضعت عليه شرحا طويلا -- ومن اراد الطول الكثير فعليه بشرحنا الكبير المسمى الممتنع (leg. الممتع) فى شرح المقنع وسميت هذا التقييد بالمطلع على مسايل المقنع . Unde apparet, codicem Academiae I. R. Vindobonensis, quem descripsit Krafftius n. CCCXLV., prolixiorem illum commentarium continere, quem antea ediderat auctor, cujusque exemplum nostra quoque bibliotheca possidet, n. 36. in 4to. Ipsius carminis titulus videtur esse legendus: المُقْنِع فى علم ابى مُقْرِع . In fine libri nostri, fol. 117. v. 118. r., hanc habes carminis clausulam:

قد انتهى المختصر المقصود ، وربنا لا غيره المحمـــود ،
سميته المقنع فى علـــم ابى ، مقرع ابغى نفع امة النبى ،
ابياته ضَحًى وعامه شـــمر ، مصليا على الرسول الهاشم ،

ش (i. e. شرح) اعنى قد انتهى هذا المختصر بحمد الله الذى لا يحمد غيره على كل نعمة منها اتمام هذا المختصر الذى سميته بالمقنع اى يقنع قارئه ويكفيه فى علم النظم المنسوب للشيخ ابى مقرع --- وابيات هذا المختصر عددها نقط كلمة ضحى وهى تسعة وتسعون بيتا ماية الا واحدا وكان نصمه (leg. نظمه) فى عام شم وهو عام اربعين والف cet.

6. Claudunt codicem, fol. 118.v.—121.v., varia fragmenta, char. Africano male exarata nec eadem omnia manu, precationes, incantamenta et similia, quae singula recensere supersedemus.

*) Plenius hoc nomen tradit Krafftius (die Handschriften d. K. K. orient. Akad. n. CCCXLV.), simul *bin A'hmed* legens pro *bin 'Hamd*, et *el-Merghischî* pro *el-Merghati*, quod nos dedimus, hunc codicem nostrum secuti et codicem N. 36. in 4to, de quo postea agemus.

LXII.

(N. 20. in 4to; olim N. 81. in 4to.)

Idem *compendium officiorum, morum et jurum*, auctore *Abû Mu'hammed 'Abd allâh bin Abî Zeid el-Qairawânî*, de quo diximus ad codicem praecedentem; in 4to, foll. 97. chartae Europaeae recentioris, char. Neschi distincto, sed non pulchro scriptum, punctis vocalibus instructum et bene conservatum. In dorso operculi Europaei impressum est: *Dogmat. Maleki.* Praemittitur codici folium unum, numero non signatum, cui nomen suum inscripsit *Jens Krag Höst*, d. 9. Januar. 1791. In fine codicis, fol. 97. v., scriptio absoluta esse dicitur medio mense Rebî' priore a. h. 1129. (Chr. 1717.) Sed juxta notatur annus hoc modo: عام 1125.

LXIII.

(N. 21. in 4to; olim in Bibl. Univ. Haun. N. 6, 2. in 4to.)

Fragmentum libri de officiis, moribus et juribus, auctore ignoto, in 4to, foll. 20. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptum. Incipit fol. 1. r. in medio capite (شعبة) XVII., desinit fol. 20. v. in medio capite LII. Exempla inscriptionum singulorum capitum haec sunto: cap. 18.: نشر العلم الشرعى اى اظهاره وتبليغه وعدم اخفائه ، ; cap. 19.: تعظيم القران المجيد ، ; cap. 20.: الطهارة ، ; cap. 21.: اداء الصلوات الخمس ، ; cap. 22.: ايتاء الزكوة ، ; cap. 23.: الصوم ، ; cap. 24.: الاعتكاف ، ; cet.

LXIV.

(N. 16. in fol.)

Volumen primum commentarii in Ibn es-Sâ'âtii librum de institutionibus juris Muhammedani, auctore *Ibn el-Melek*; in fol. min., foll. 203. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptum, bene conservatum. Inter alia, quae diversi hujus codicis possessores primis foliis inscripsere, fol. 1. v. leguntur excerpta nonnulla ex opere historico (تاريخ), auctore

سيدى احمد المقرى. Fol. 5. v. 6. r. ipsi libro praemittitur index librorum et sectionum (فهرست الكتب والفصول). Duodeviginti sunt libri qui sequuntur: كتاب الطهارة; الصلوة; الزكوة; الصوم; الاجارة; الاقرار; المأذون; الحجر; الرهن; البيوع; الحج; الصلح; الحوالة; الكفالة; الوكالة; المضاربة; الشركة; الشفعة. Sectiones sunt XCIII. Praefatio incipit fol. 8. v. his verbis: يا من لا حوط كمال كمالة نطاق وصف الفصحاء. Auctorem prodit ea *'Abd el-Laṭifum bin 'Abd el-'Azîz bin Emîn ed-dîn*, eundem, qui in codice nostro LVI. notus esse dicitur sub nomine *Ibn el-Melek.* Opus juridicum, in quod commentarium scripsit, vocat is: مجمع البحرين; quo nomine significatur, quod plenius dicitur apud 'Hâg'î Chalfam: مجمع البحرين وملتقى النهرين فى فروع الحنفية, auctore مظفر الدين احمد بن على بن ثعلب ابن الساعاتى الحنفى, mortuo a. h. 694. (Chr. 1295.) Recensetur etiam in catalogo librorum MS., ex 'Hâg'î Chalfae lexico excerpto, (MS. Biblioth. nostrae, fol. 278. v.,) inter commentatores ejus libri noster عبد اللطيف ابن عبد العزيز بن ملك (sic). Idem liber videtur indicari in catal. libb. MSS. beati Silvestre de Sacy, n. 49., sub hoc titulo: Medjma' al-bahhraïn oua moltéqa 'n-neïraïn (النيرين), le confluent des deux mers et la rencontre des deux principes luminaires (le soleil et la lune); traité de jurisprudence, suivant la doctrine d'Abou Hhanîfah, par 'Aly ben as-sâ'ât achchâmy. — Ipse commentarius incipit in codice nostro sub finem fol. 8. v. et desinit fol. 203. r., ubi in subscriptione promittitur volumen secundum, quod incipere debebat a capite de donationibus (كتاب الهبة).

LXV.

(N. 20. in 8vo; olim N. 49. in 8vo.)

Compendium juris (المختصر), auctore *Abû-'l-'husein A'hmed bin Mu'hammed ibn 'Hamdân el-Qudûrî,* in 8vo, foll. 132. numeris signatorum chartae orientalis laevigatae, char. Nesta'lîq bene scriptum, satis bene conservatum. Praemittuntur folia tria non signata, quorum primo, initio paginae primae, inscriptum est: كتاب القدورى. Annotata sunt praeterea in hoc folio varia, quae ad ipsum librum non pertinent, de mensuris, numis et ponderibus, de piaculorum generibus, et alia. In margine sinistro primae paginae adscriptum est: القدورى منسوب الى قدورة اسم محلة ببغداد cet., quod non concordat cum iis, quae legimus apud Ibn Challikânum, edit. de Slane, pag. 30., apud Sujûtium in libro Lubb el-lubâb, edit. Veth., p. 204., et Abu-'lfedam, vol. III., p. 92. — Sequentia duo folia continent indicem (فهرست) singulorum librorum compendii Qudûriani. Numerantur quidem libri tantum CXVI., sed cum repetatur librarii errore numerus XCVIII., vere efficiuntur libri CXVII. In codicibus bibl. senat. Lips. apud Fleischerum N. CC. et CCI. numerantur libri LXX. et LXII., in codicibus Dresdensibus apud Fleischerum N. 27. LXIII., et N. 126. et 161. LXVII. libri, quod ita efficitur, ut, qui hic libri sunt, alibi capita habeantur.

Incipit codex ab ipso libro primo, fol. 1. v., iisdem verbis, quae notavit Fleischerus (in catal. Lips. n. CC.); ultimus liber, incipiens fol. 129. v., hic quoque, ut in cod. Dresd. n. 161., est de testamentis (كتاب الوصية). Desinit codex fol. 132. v., in media pagina atque linea, in haec verba: وهما زوج. Pauca deesse videntur. Notae marginales et interlineares adscriptae sunt haud paucae. Accedunt in fine codicis folia non signata undecim, quorum ultimo verba nonnulla inscripta sunt. Partem hujus libri e codd. Dresdensibus n. 27. et 126. edidit b. Rosenmüllerus in Analectorum Arabicorum parte I., sub hoc titulo: Institutiones juris Mohammedani circa bellum contra eos, qui ab Islamo sunt alieni. Lips., 1825. 4to.

LXVI.

(N. 22. in 4to; olim N. 11. in 8vo.)

Liber *G'ewâhir el-fiqh* (جواهر الفقه) i. e. Gemmae jurisprudentiae, auctore *Ṭâhir bin*

Islâm bin Qâsim el-Anszârî el-Chuwârezmî, 4to, foll. 113. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi Turcica, ut videtur, manu bene scriptus, bene conservatus. Praecedunt folia duo, numeris non signata, in quorum priore praeter alia nonnulla, a possessoribus libri annotata, legitur titulus: جواهر فقه, quem simili modo repetit fol. 1. r. Incipit praefatio *) fol. 1. v. his verbis: الحمد لله الذى هدينا لمعرفته واكرمنا بتقواه وطاعته ، quae cum iis non concordant, quae tradit 'Hâg'î Chalfa, ed. Flüg. vol. II. p. 645. sq. E praefatione deprompsimus auctoris nomen, quod dedimus; sed recedunt paululum a scriptione nostra codex Gothanus n. 229., qui exhibet شاكر pro ضاكر, et Parisinus n. 417., qui habet بن سلام pro بن اسلام. Ipse liber in praefatione vocatur: كتاب الجواهر, ut apud Herbelotium et in cod. Parisino; sed in fine cod. Gothani et apud 'Hâg'î Chalfam plenius legitur: كتاب جواهر الفقه. Enumerantur in praefatione libri, quibus maxime usus est auctor in conscribendo suo opere, et indicatur in decem capita divisio, quorum tituli iis accurate respondent, quos recenset Fleischerus in catal. biblioth. Senat. Lips. pag. 483. In clausula libri, fol. 112. v. 113. r., indicantur mensis annusque, quo auctor finem operae imposuit, mensis Ramadhân a. h. 771. (i. e. Chr. 1370.); quocum consentiunt 'Hâg'î Chalfa et Herbelotius s. v. Khouarezmi; sed idem s. v. Giavaher hoc anno mortuum esse libri auctorem perhibet.

LXVII.

(N. 23. in 4to; olim N. 72. in 4to.)

Poëma iambicum de quaestionibus juridicis controversis, auctore *Neg'm ed-dîn Abu 'Hafsz 'Omar bin Mu'hammed en-Nesefî,* in 4to, foll. 142. chartae orientalis vetustae laevigatae, char. Neschi non pulchre quidem, sed distincte scriptum; codex temporis injuria nonnihil laesus, ab initio mutilus. Deesse videtur introductioni tantum pars aliqua. Sequuntur enim capita decem integra, quem numerum in codice Dresdensi n. 130. animadvertit Fleischerus. Capitum tituli in codice nostro hi sunt:

Cap. I. fol. 11. r.: باب الذى اختص ابو حنيفه به من المسايل الشريفة ، Cap. II. fol. 25. v.: باب الذى اختص به يعقوب وهو لطيف حسن مرغوب ، Cap. III. fol. 39. r.: باب فتاوى العالم الربانى محمد بن الحسن الشيبانى ، Cap. IV. fol. 49. v.: باب فتاوى الشيخ مما الثانى يأتى ولا نص عن الشيبانى ، Cap. V. fol. 52. r.: باب فتاوى الشيخ والشيبانى خالفه وذات نص الثانى ، Cap. VI. fol. 65. r.: باب مقالات الامام الثانى على خلاف مذهب الشيبانى ، Cap. VII. fol. 79. v.: باب الذى اختص كل واحد بمذهب والباب ذو فوايد ، Cap. VIII. fol. 90. v.: باب الجوابات التى قال زفر مخالفا اصحابه فيما ذكر ، Cap. IX. fol. 108. v.: باب فتاوى الشافعى وحده وما به قال وقلنا ضده ، Cap. X. fol. 132. r.: باب فتاوى مالك ابن انس وفيه يسر الحفظ للمقتبس ، — Magna pars codicis notis marginalibus et interlinearibus instructa est.

In fine, fol. 142. r. et v., leguntur haec, quae nomen libri continent et auctoris, cum temporis indicatione et versuum computatione:

قد انتهى نظم الخلافيات ، والحمد لله على الحالات ،
ثم الصلوة والسلم ابدا ، على النبى الهاشمى سرمدا ،
وصاحب النظم ابوحفص عمر ، من نسف تم هذا فى صفر ،
للنصف يوم السبت وقت التغديه ، فى سنة الاربع والخمسماية ،
وجملة الابيات يا صدر الفئه ، الفان والستون والستمايه ،
وستة والله يجزى ناظمه ، جنات عدن وقصورا ناعمه ،

cet. Idem versuum numerus 2666, qui legitur apud Fleischerum in catal. bibl. Dresd. l. l. Adjicitur denique scriptionis annus 731. (Chr. 1331.) et librarii nomen: اسحق بن محمد بن احمد ابن علوسه ، . Exempla hujus libri inveniuntur in Bibl. Reg. Paris. n. 1434. et 1436.; item in Bibl. Gothana, n. 187., unde titulum duplicem exhibet Möllerus: كتاب المنظومة فى الخلافات

*) Sedecim fere primae praefationis lineae desunt in exemplo biblioth. Senat. Lips.

كتاب الخلاقيات نظم فى العيون . De et: والعيون ، ipso scriptore vid. Herbelotium et de-Rossium, s. v. Nassafi.

LXVIII. LXIX.

(N. 24. 25. in 4to; olim N. 24. 25. in 4to.)

De virtutibus et vitiis commentarius, auctore *Mu'hammed bin Ibrahîm bin Ja'hjâ bin 'Alí el-Kutbí*, volumina duo in 4to, foll. 151. et 150., char. Neschi scripta et bene conservata, quae integrum quidem opus exhibent, sed neque ab eodem librario neque eodem tempore scripta sunt. Volumen prius paulo minoris formae, quam posterius, et antiquiore et doctiore manu exaratum est. Utrumque suum habet operculum, cui inscriptum est: هذا الجزء الاول (الثانى) من كتاب الغرر والغرر فى علم الاخلاق لابن الكتبى ، In vol. I. fol. 1. r. libri titulus, auro et variis coloribus distinctus, plenius ita legitur: الاول من غرر الخصايص (الخصايص .leg) الواضحة وعرر النقايص الفاضحة ، Sed auctoris nomen paene deletum est; distinguitur tamen adhuc: محمد الك. Infra hanc inscriptionem scriptum est: برسم الجناب العال القضاى البدرى الدميرى ناظر ديوان البيمارستان المنصورى اسبغ الله ظلاله ، Praefatio incipit fol. 1. v. his verbis: الحمد لله الذى جعل اللسان عنوان الانسان ، Libri titulum ea repetit et divisionem indicat in XVI. capita, quorum unumquodque complectitur tres sectiones (فصول). Capitum indices hi sunt: 1. فى الكرم 2. فى اللوم 3. فى العقل 4. فى الحمق 5. فى الفصاحة 6. فى العى 7. فى الذكاء 8. فى التغفل 9. فى السخاء 10. فى البخل 11. فى الشجاعة 12. فى الجبن 13. فى العفو 14. فى الانتقام 15. فى الصداقة 16. فى العزلة. In fine voluminis, fol. 150. v., legitur clausula, ut fieri solet, sed sine indicatione temporis.

Voluminis secundi fol. 1. r. titulum libri offert truncatum, ut in operculo, et auctoris nomen: محمد الكُتْبى. Fol. 1. v. incipit caput IX. Sed capitum indices in hoc volumine non semper iidem, quos dedimus e praefatione. Inde a fol. 103. alia manu exaratus est liber, non quidem pulchriore, sed magis distincta. Clauditur totum opus fol. 149. r.

Auctoris nomen in catalogo librorum ex 'Hâg'î Chalfa excerpto, quem bibliotheca nostra possidet, sic scribitur: محمد بن ابرهيم بن النجم الكتبى; sed corrigendum est: بن يحيى الكتبى. Herbelotius, s. v. Gorar al-Khassais, addit praenomen Abû 'Abdallâh et cognomen el-Watwât (الوطواط); Möllerus in catal. bibl. Goth. n. 126. nomen honorificum *G'emâl ed-dîn*. Cf. praeterea Catal. Bibl. Reg. Paris. n. 434, 1. et 886.

CODICES DE ARTE HOMILETICA ET LIBRI PARAENETICI.

LXX.

(N. 17. in fol.; olim N. 9. in fol.)

Codex in fol., foll. 230. chartae orientalis firmae laevigatae, char. Neschi bene scriptus, bene conservatus. Continet is:

1. *Librum de arte homiletica*, cui titulus (fol. 3. r.): كتاب المُدْهش i. e. (orator) animos percellens, auctore *G'emâl ed-dîn Abû 'l-fereg' 'Abd er-ra'hmân bin 'Alí bin Mu'hammed bin el-G'auzí el-'Hanbelí*. Huic titulo in margine adjecta est inscriptio, utrumque librum, quem continet codex, respiciens: كتاب مدهش (sic) فى المحاضرات والمواعظ وكتاب مرتجل (sic) ، Fol. 3. v. praefatio incipit his verbis, quae auctoris nomen proxime sequuntur: الحمد لله الذى لا منتهى لعطاياه ، Deinde pergit: اما بعد فانى قمت بحمد الله فى علم التوعظ باحمه واملحه واترت (واثرت .leg) ان انتقى فى هذا الكتاب من ملحه cet. Adjicitur divisio in quinque capita, quae sunt: 1. fol. 3. v. فى علوم القران ،

2. fol. 9. r.: في تصريف اللغة ، 3. fol. 13. v.: في عيون التواريخ ، 4. fol. 18. r.: في علوم الاحاديث ، 5. fol. 22. r.: في ذكر المواعظ ، . Sed ultimum hoc caput divisum est in duas sectiones (قسمين), quarum priori, viginti sex فصول comprehendenti, inscriptum est: قسم يذكر فيه القصص ، ; posteriori, centum فصول tenenti: قسم فيه المواعظ مطلقًا ، ; et haec quidem sectio longe majorem totius libri partem occupat, inde a fol. 38. v. usque ad fol. 177. v., ubi in media pagina abrumpitur oratio. Differt haec libri divisio ab illa, quam offert Catal. Biblioth. Lugd. n. 435., ubi XXXV. capitum fit mentio. — Sequitur:

II. *Liber de arte homiletica*, cui titulus (fol. 179. r.): كتاب المرتجل i. e. (orator) ex tempore dicens, auctore eodem *Abu-'lfereg' ibn el-G'auzî.* Fol. 179. v. paucis verbis auctor libro suo praefatur. Praefationis initium hoc est: الحمد لله القادر القاهر الباطن الظاهر ، . De libri origine haec tradit: لما حبستُ بواسط رايتُ شابًا حسن السمت يصلح ان يكون واعظا فشكى الى تخليط الوعّاظ فامليت هذا الكتاب من خاطرى مرتجلا ، cet. Dividitur hic liber in decem lectiones (مجالس), in quarum fine legitur, fol. 215. r.: آخر كتاب المرتجل والحمد لله وحده ، . Sed continuo adjicitur: ولما فرغتُ من املآ طلب الذى امليتهُ عليه ان املى عليه مجلسا فى ذكر عشوراء فامليت هذه مجلسا فى ذكر رجب ومجلسا فى ذكر رمضان ومجلسا فى ذكر العشر من ذى الحجة والعيد واضفتُ الى ذلك المرتجل ولله الحمد ، المجلس الحادى عشر ، ; et sic sequuntur quattuor lectiones, undecima, duodecima, decima tertia et decima quarta, usque ad fol. 228. r., ubi desinit codex, ad finem non perductus. — De utriusque libri auctore vid. Ibn Challikâni vitas virorum illustrium, edit. de Slane vol I. pag. 391. sq., ubi natus esse dicitur G'emâl ed-dînus noster circa annum 508. vel 510., mortuus Baghdâdi, m. Ramadhâno a. h. 597. (Chr. 1201.), quocum consentiunt Abulfeda, ed. Adleri, vol. IV. p. 194. et Hâg'î Chalfa, vol. I. n. 492. et 1336. Vide etiam Herbelotium, s. v. Aboulfarage Ben Ali Ben Al-Giouzi; Möllerum in Catal. Bibl. Goth. n. 6.; Hamakeri specimen catal. bibl. Lugd. p. 246. et Casirii catal. bibl. Escur. n. 539. 714. 733. 762. 1269. Cave confundas nostrum cum nepote ejus, cui nomen erat: شمس الدين ابو المظفر يوسف بن قزه على سبط جمال الدين ابى الفرج ابن الجوزى ، , auctore clarissimi libri Mir'at ez-zemân, de quo vid. Abulfedam, vol. IV. p. 350. et 566.; Freytag, selecta ex hist. Halebi, pag. LII.; Reinaud, extraits des hist. Ar., pag. XXIII. Idem intelligendus est apud de-Rossium in dizion. stor. degli autori Arabi, pag. 86., s. v. Giuzi (Ebn) Sebt Abulfaragio figlio d'Ali (i. e. Schems eddîn Jûsuf sibt Abû-'lfereg' bin 'Alî ibn el-G'auzî). Apud Möllerum n. 239. Mûsa legitur pro Jûsuf. Avo tribuit, quae sunt nepotis scripta, Herbelotius s. v. Giouzi, et hunc, nomen ejus corrumpens, filium G'emâl-ed-dîni facit pro nepote.

LXXI.

(N. 26. in 4to; olim N. 14. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 328. chartae Europaeae, char. Neschi distincte quidem, sed non pulchre scriptus, bene conservatus. Fol. 2. r. inscripta sunt haec: شيخ ميران ابن شيخ مخدوم لقب فارسى ملاّ ، "Schaich Mirâ' filius Schaich Machdûm, "alias dictus Fârsi-mullâ, i. e. *Eques* (seu etiam "*Persa*) doctus, Trangambariae per aliquot an- "nos Societati Indicae interpretis Persici ope- "ram nauans, anno 1728. duo haec manuscripta "Arabica descripsit pro quatuordecim Thaleris. "C. T. Walther." Et fol. 3. r.: "I. Manu- "scriptum dictum *Illuminans corda*, cuius au- "tographum puncta vocalia non agnoscit, libra- "rius autem rogatus in quibusdam locis pro "arbitrio ea addidit. II. *Liber concionum* sexa- "ginta quatuor, quas singulis feriis sextis nec "non diebus festis in oratoriis suis recitant, "quamobrem, ne in vocula quadam errent,

"vocalia accuratissime apposita sunt." Continentur enim hoc volumine:

I. Fol. 4. r.—203. v. Liber منير القلوب i. e. *illuminans corda*, auctore ignoto. Inscriptio praemittitur, fol. 4. r., quae satis probat, librarium puncta vocalia adjecisse pro arbitrio, grammaticae scilicet leges parum curantem. Fol. 4. v. incipit praefatio his verbis: الحمد لله المتفضل بما لا تحصيه اعدادنا من النعماء . Docet auctor, rogatum se, ut componeret librum من الواعظات والزاجرات والحكايات النافعات والبشريات النذيرات وكل ما فيه زجر للقلوب القاسية من الذنوب satisfecisse petentibus: فجمعتها (التصنيف) من كتب الاحاديث والاثار والاخبار مع الحكايات cet.; nomen libro se dedisse: منير القلوب اى دواء لمرض القلوب من الذنوب . Dividitur is in XLI. capita, مشتملة على الاعمال الصالحة والخيرات من امور الدين . Incipit caput primum (في الايمان) fol. 5. v.; clauditur ultimum (في لقاء الله تعالى) fol. 203. v. Adjiciuntur scriptionis annus mensisque Δû 'lqa'de a. h. 1140. (Chr. 1728.)

II. Fol. 204. r.—328. r. *Conciones Ibn Nubbâtae.* Inscriptionem praemisit librarius fol. 204. r.: هذا الكتاب الخطبة من تصنيف امام الهمام شمس العلماء والعلوم ابن نباتا (sic) صاحب رحمة الله عليه . Additur deinde, minore charactere scriptum: هذا كتاب الخطبة من تصنيف الامام الهمام العالم العلامة ابي يحيى وعبد (sic) الرحمن بن اسمعيل نباتة المصرى رضى الله عنهم (sic) ونفعنا بعلومه آمين نقل من طبقات الاستوى رضى الله عنه . Sed verum auctoris nomen est: Abû Ja'hjâ 'Abd er-Ra'hîm bin Mu'hammed bin Isma'îl Ibn Nubbâta; cf. Krafft, die Handschriften der K. K. Akad. zu Wien, n. CDLXXIV. et 'Hâg'î Chalfam, vol. III. pag. 158. sq. Fol. 204. v. incipit prima oratio, quae est primi diei Veneris mensis Mu'harrem. Tertia mensis 'Sa'bâni (fol. 268. v.—270. v.) illa est, quam publici juris fecit Ill. Mac Guckin de Slane in Journ. Asiatique, 3e série, vol. IX. pag. 66. ss. Post orationem quintam mensis Δû 'Thig'g'e sequitur fol. 317. v.: (sic) الخطبة الاستسقاء, ad cujus finem legitur, fol. 319. r.: تمت كتابة الخطب يوم الاحد تسع من شهر الصفر سنة اربعين ومابة الف (sic) من بعد الهجرة النبوية cet. Sed adduntur deinde: الخطبة لعيد الاضحى (fol. 319. v.) et alia oratio, cui inscribitur: الخطبة الاخرى هذا يقرؤ فى العيد . Clauditur liber fol. 326. v. verbis: تمت تمام شد , subjuncta precatione (fol. 327. r.—328. r.), in qua leguntur haec: اللهم ايد دولت الملك الاعظم والخاقان المكرم --- السلطان ابن السلطان ابن سلطان ابن سلطان والخاقان ابن خاقان ابن خاقان السلطان تيمور (sic) بادشاه غازى السلطان بابر بادشاه غازى السلطان همايون --- اكبر -- جهانكير -- شاه جهان -- المراجى شفاعت نبيك الحجازى ابو المظفر محيى الدين محمد شاه اورنك زيب عالم كير بادشاه غازى السلطان شاه عالم -- محمد معظم الدين -- محمد فرخ سير -- محمد رفيع القدر -- شهاب الدين دور بخش محمود بادشاه غازى خلد الله ملكه وسلطانه وافاض على العالمين بره واحسانه cet.

CODICES DE THEOLOGIA MYSTICA.

LXXII.

(N. 27. in 4to; olim N. 27. a. in 4to.)

Commentarius in carmen Mu'hammedis el-'Alemî (محمد العلمى), cui titulus: النصيحة الرضية الى الطريقة المحمدية i. e. admonitio grata ad ineundam viam sanctam Muhammedicam; in 4to, foll. 52. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, bene conservatus. Titulus alia manu, atque ipsius codicis, adjectus est fol. 1. r.: كتاب النصيحة الرضية الى الطريقة المحمدية وهى شرح تائية الشيخ الامام العالم العلامة مربى المريدين والمنهج الى مسلك السالكين الشيخ محمد العلمى

قدس الله سره العزيز ، quibus verbis subjunguntur haec, quae ad alios libros spectant, eodem volumine olim comprehensos: ويليه ترغيب اهل اسلام في سكنى الشام لابن عبد السلام ، كتاب تصوف لابن عطا الله اسكندرى هو التنوير ، ترجمة في الكلام على ذكر الله سبحانه وتعالى ، فتح البصاير لعبد القادر ، ايضًا نبذه للشيخ عبد القادر الكيلانى ، quae omnia habes in bibliotheca nostra. Sed constat ex praefatione libri nostri (fol. 1. v. 2. r.), non commentarium, sed ipsum carmen Tâicum (تائية) illo titulo, quem dedimus, inscribi, commentarium postea addidisse auctorem. Praefationis initium: الحمد لله الهادى الى صراطه المستقيم ، Ipsius carminis initium (fol. 2. r.) hoc est:

الحمد لله بدى في مقالاتى ، واستغفرالله من جرمى وزلاتى ،

Clauditur liber fol. 52. v.

LXXIII.

(N. 28. in 4to; olim n. 27. c. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 27. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, bene conservatus. Titulus legitur fol. 1. r.: كتاب التنوير في اسقاط التدبير*) للشيخ — ابى العباس احمد ابن عطا الله الاسكندرى cet. Fol. 1. v. post Besmelam auctoris nomen repetitur, addito titulo honorifico تاج الدين. De hoc libro ejusque auctore vide 'Hâg'î Chalfam, vol. II. pag. 456.; Herbelotium s. v. Tanouir escath altadbir et s. v. Atha allah, ubi vero pro A'hmed bin Mu'hammed perperam scribitur Mu'hammed bin A'hmed et adjicitur cognomen e's-'Sâdilî. Idem fortasse liber est tractatus ille, de quo Casirius agit n. 782.; alia ejusdem auctoris opera vid. in Catal. Bibl. Paris. n. 419. Bibl. Bodl. n. 120, 3. — In fine codicis, fol. 27. r., notatur librarii nomen: مصطفى بن ابرهيم بن خالد الدمشقى الشافعى الرفاعى, cum anno et mense, Szafer a. h. 1025. (Chr. 1616.)

*) In margine additum manu b. Rasmussen: التدبير.

CODEX DE DOCTRINA DRUZORUM.

LXXIV.

(N. 21. in 8vo.)

Catechismus doctrinae Druzorum, in 8vo, foll. 16. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi recentiore tempore distincte scriptus, bene conservatus. Incipit liber fol. 1. v., explicit fol. 15. v. Quaestiones numerantur 104. Est idem liber, quem e cod. Göttingensi edidit Jo. God. Eichhorn in Repert. für bibl. und morgenl. Litt. Tom. XII. pag. 155—197. Numerantur quidem apud Eichhornium quaestiones tantum 103., sed in cod. nostro quaestio trigesima prima Eichhornii censetur continere quaestiones duas. Codex a *C. Niebuhrio* ex oriente allatus.

CODICES BIBLIORUM VERSIONES CONTINENTES.

LXXV.

(N. 18. in fol.; olim N. 32. in 4to.)

Pentateuchi versio Arabica, fol., foll. 289. chartae orientalis crassae vetustae, char. Neschi vetusta manu bene scripta, omissis tamen saepe punctis diacriticis, bene conservata; folia tantum 2. v. et 288. r. recentiore manu, sed docta, suppleta sunt. Fol. 1. r. inscriptum est: *Le pantateuque de moyse en Arabe.* Ipse liber incipit fol. 2. v.: بسم الله الحى القديم الازلى ، نبتدى بعون الله تعالى بكتب السَفر الاول من التوراة المعظَمَه ، فى البدى خلق الله السموات والارض cet. Variarum libri sectionum initia rubro colore notari solent, et vario quidem modo. Exempla haec sunto e libro Genesis: cap. 2, 4.: هذا تكوين السمآء والارض حين كونه سدر (i. e. סדר) ثانى من الفراش (i. e. פרשה) الاول ،. Cap. 6, 9. in initio Paraschae secundae: الاصحاح الثانى ،. Ibid. v. 14: قصة الطوفان ،. Loco primi versus capitis X. legitur tantummodo inscriptio: نسبه بنى نوح ،. Cap. 11, 10.: اصحاح عاشر من السفر الاول ،. Cap. 12, 1.: فراشه ثالثه من السفر الاول ،. Post cap. XIV. notatur: سلا. Ante cap. 18.: فراشه رابعه من السفر الاول ،. Ibid. post v. 15.: سلا واصحاح حادى عشر ،; cet. Finitur codex fol. 288. r. — Adjecta est codici notitia, manu b. *Jo. Chr. Kallii*, professoris quondam Hauniensis, Danice scripta. Animadvertit is, hanc versionem differre omnino ab illis, quas legimus in Bibliis polyglottis Parisiensibus et Anglicanis, in editione Erpenii et Congregationis de propaganda fide; stilum et vertendi modum non eundem esse per totum librum, ideoque fortasse censendum, non ab uno homine eam esse confectam; orthographiae leges interdum violari. Addit eam Judaicae videri originis, cum lectiones sabbathicae saepius notentur et minores etiam sectiones spatiis vacuis indicentur; e diversis tamen locis se colligere, versionem e Graeco vel Syriaco exemplari esse factam. Aetatem codicis quadringentos fortasse annos attingere *). — Sed haec omnia accuratiore disquisitione indigent; textus tamen Hebraici verba non anxie reddi ab interprete, linguae Arabicae, ut videtur, bene gnaro, certum est.

LXXVI.

(N. 19. in fol.; olim Nr. 38. in fol.)

Fragmenta duo versionis Arabicae Veteris Testamenti, in fol., foll. 20. chartae orientalis firmae antiquae, char. Neschi vetusta manu bene scripta. Praemittitur folium unum, numero non signatum, cui inscriptum est manu b. Moldenhaweri: "Liber Jobi et Judic. 5. e codice A. 49. S. G. eller Num. 9." Continet autem hoc volumen: I. Fol. 1. et 2. versionem libri Judicum, a voce ממצרים c. 6, 8. usque ad vocem הירדנה c. 8, 4. II. Fol. 3. et 4. r. versionem secundi libri chronicorum a voce הים c. 35, 12. usque ad finem libri, cui subjungitur fol. 4. v. subscriptio haec: تم وكمل الجزو التانى (الثانى) من دبر باميبن (i. e. דברי הימים) من سفر الملوك وهو الرابع جزو من كتاب اسفار الملوك ولله المجد cet. Sequitur: III. fol. 4. v.—20. v. versio libri Jobi ab initio usque ad finem versus 29. capitis 40. Initium hujus libri hoc est: نبتدى بمعونة الروح القدس نكتب سفر نبوة ايوب ابن زار النبى المغبوط وبلوايه وصبره وايمانه بالله ربه وحسن عزاه وكثرة شكره فيما جلبه عليه الشيطان من الاوجاع وهو واثق برحمة ربه وكانت بلاده اليتينه ، وكان يقال لمدينته اوسيطندى ، وكان ايوب رجلا صديق ، cet. Quae quidem verba Christianum produnt scriptorem, linguae Arabicae mediocriter gnarum, qui versionem suam ad exemplar Graecum videtur liberius expressisse.

---

*) Vixit Kallius medio saeculo XVIII.

LXXVII.

(N. 22. in 8vo: olim N. 45. in 8vo.)

Versio Arabica libri Psalmorum, in 12o, foll. 156. chartae Europaeae, ut videtur, laevigatae, char. Neschi perbene scripta, optimae condicionis. Praemittuntur folia quattuor, numeris non signata, quorum ultimo suum nomen inscripsit Frid. Rostgaard, addens manu praeceptoris sui Jacobi Damasceni hoc Psalterium ex Syriaca versione translatum Parisiis describi se curavisse, a 1697. Titulum fecit Jacobus ille, fol. 1. r., hoc modo: كتاب مزامير داوود النبى والملك عليه افضل السلام. Ipse liber incipit fol. 1. v. Initio psalmi LXXVII. (fol. 66. v.) adscriptum est: نصف المزامير. Post psalmum CL. (fol. 127. r.) legitur: وهذا المزمور خارج عن العدد قاله داوود لما بارز جليات الجبّار وقتله, et sequitur psalmus ille, qui legitur in editionibus versionis Alexandrinae, incipiens: صغيرا كنت فى اخوتى. Desinit is fol. 127. v. — Fol. 128. nihil inscriptum est, sed fol. 129. r.—140. v. sequuntur: العشرة تسابيح, *decem cantica*, quorum primo praemittuntur haec verba: التسبحة الاولى لموسى النبى وهى من كتاب تثنية الاشتراع. Sed hoc non verum; sequitur enim canticum Mosis Exod. 15, 1—19., quod deinde excipiunt: 2. Deut. 32, 1—43. 3. 1 Sam. 2, 1—10. 4. Hab. 3, 2—19. 5. Jes. 26, 9—20. 6. Jon. 2, 3—10. 7. Dan. 3, 52—57. secundum versionem Alexandrinam. 8. Dan. 3, 58–90. secundum eandem versionem. 9. Luc. 1. 46–54. 10. Luc. 1, 68—79. — Sequuntur denique fol. 141. r. —156. v. العشرون كاتسما, *viginti cathismata.* Singulis precibus inscribitur: دكصا كاتسما اولى, et sic porro. In fine codicis notatur scriptionis tempus (mensis Kânûn posterior a. Chr. 1698.) et locus cum librarii nomine, سليمان بن يعقوب سامى, qui librum scripsit برسم خزانة السيد - - - فريدريكوس روستغارد.

LXXVIII.

(N. 23. in 8vo; olim N. 41. in 8vo.)

Fragmentum versionis Psalmorum Arabicae, in 12o, foll. 15. chartae orientalis crassae laevigatae, char. Neschi distincte scriptum. Continentur hoc volumine psalmi I—XV. integri, et decimus sextus usque ad medium versum undecimum. Psalmi IX. et X. juncti sunt, ita ut decimus sextus respondeat decimo septimo in codice Hebraico. Fol. 8. v. in superiore margine inscriptum est nomen Th. Bartholini.

CODICES THEOLOGICI CHRISTIANI.

LXXIX.

(N. 29. in 4to; olim N. 47. in 8vo.)

Pharetra Christiana Catholica, liber theologicus, in 4to, paginarum 264. chartae Europaeae laevigatae, char. Neschi bene scriptus, satis bene conservatus. Pagina prima, Arabice scripta, ad eum librum, quem indicavimus, nihil attinet, sed finem continere videtur alius cujusdam libri vel tractatus, cui juncta erant, quae sequuntur. Notatur in summo margine dextro: (sic) تفسير على التوراة, et laudantur Latina oratione in utroque margine locus scripturae e 2 Cor. 8. et alius e Chris. (i. e. Chrysostomi) hom. 4. in Matth. — Pag. 2. legitur inscriptio libri insequentis:

السلام
بسم الاب والابن وروح القدس
نبتدى بعون الله ـ ـ ـ الكتاب يتسمى الجعبة المسيحيه
الفاتوليقيه التى يوجد*) فيها ثلثة انواع السهام المقدسه
الدين (sic) هم شهادات من الكتب**) المقدسه واقوال
القديسين وتفاسيرهم على الكتب***) المقدسه وامثال
وحكايات مستخرجه****) من بعض المورّخين المعروفين
بسيرتهم الصالحه والمشهورين بعلمهم الثابت ،

Haec omnia pigmento rubro scripta sunt. Sequitur deinde praefatio libri (pag. 2—7.), cui adjecta in margine exteriore versio Latina, charactere minuto et eleganti a Francogallo quodam, ut videtur, scripta. Sed eadem, ni fallimur, manus Arabicum quoque textum exaravit. Majori tantum paginae 7. parti versio addita non est. In margine praefationis exteriore leguntur annotationes Arabicae, loca scripturae sacrae et patrum ecclesiae laudantes. Ipse liber incipit pag. 8. Primi capitis titulus hic est: الفصل الاول ان البارى هو واحد فى داته (l. ذاته) وغير منتها فى كمالاته ، Textus Arabicus versione Latina etiam hic stipatus est, sed haud rarae sunt lacunae quum in illo, tum in hac obviae, maxime versus finem codicis; ita paginae 196. et 223. nihil habent scripti, et pagg. 215. 224—238. versionem tantum exhibent. In pagg. 169. 170. Arabica alia manu minus docta scripta sunt et verbis nonnullis Copticis mixta. Recensetur ibi ecclesiarum Aegypti pars quaedam. Annotationes Arabicae breviores hic illic in margine adjectae sunt, et explicationes Latino sermone scriptae nonnunquam textum Arabicum interrumpunt. Pag. 174. versioni, quae sola ibi legitur, ad marginem adjiciuntur Graeca quaedam e Theophylacti commentario ad 1 Cor. 11. Ultimae, quae ad hunc librum pertinent, paginae sunt 239. 240., Arabica tantum continentes.

*) Ita secunda manu scriptum; legebatur antea: توجد.

**) Articulus secunda manu additus.

***) Articulus a secunda manu.

****) Antea erat: المستخرجه.

Sequitur deinde pag. 241—252. *Calendarium Copticum*, cum Sanctorum nominibus, duabus in unaquaque pagina columnis eademque manu, ut videtur, qua praecedens liber, Arabice scriptum. Inscribitur ei, pag. 241.: نبتدى بعون الله تعالى الاستكسار القبطى ، Supra paginam annotatum est: „qd ibi Caractere nigro „scriptum ex Libro est, qd vero Rubro ex – –*); „f. significat fabulam, h. haereticum, E. Epum, „B. qd inuenitur in Breviario etc. etc.“ Mensium nomina haec sunt: 1. توت, cujus initio adscriptum est: 8. September); 2. بابه; 3. هتور; 4. كيهك; 5. طوبه; 6. امشير; 7. برمهات; 8. برموده; 9. بشنس; 10. بوونه; 11. ابيب; 12. مسرى. In inferiore parte paginae 252. Arabica quaedam leguntur, quibus inscribitur: خطبه. Pag. 253. Coptica quaedam vocabula continent, addita pronunciatione charactere Latino. Pag. 254. Arabica sistit, quae quo pertineant, non liquet. Pag. 255—263. continent *tabulam chronologicam Patriarcharum Alexandriae et Antiochiae* (بطاركه الاسكندريه وانطاكيه) secundum aeram Christianam et Muhammedanam, eadem manu scriptam. Adjiciuntur etiam Chalifarum nomina et deinde eorum loco Ejjûbidarum Aegypti. Deesse videtur hujus tabulae initium; incipit enim, quod adest, a Patriarchis Alexandrinis vigesimo quinto et vigesimo sexto, Dioscoro (ديسقرس) et Timotheo (طيموثاوس); vid. historiam Patriarcharum Alexandrinorum, ab Eusebio Renaudot editam, pag. 114. sqq. Antiochenorum ultimus est Joannes (يوحنا), regnante chalifa el-Mu'taszim billâh, Hârûni filio; Alexandrinorum series pag. 262. deducitur usque ad medium fere saeculum XVII., et adduntur manu recentiore pag. 263. patriarchae nonnulli seriores. Calendario quoque et patriarcharum tabulae hic illic adspersae sunt notulae, Latino sermone scriptae. In paginae 263. inferiore parte Arabica leguntur, eadem manu exarata, qua totus codex, et similiter pag. 264.,

*) Deletum est quod hoc loco scriptum erat.

ubi clausula apponitur ex Ecclesiastae cap. 12. versic. 13. et 14. petita: الجامع اخر القول اسمع جمله الامر اتق الله واحفظ الخ ، cum versione Latina.

LXXX.

(N. 20. in fol.; olim N. 26. in fol.)

Catechismus Lutheri minor, Arabice versus, in fol., foll. 22. chartae Europaeae, char. Neschi distincte scriptus, bene conservatus. Fol. 1. r. legitur Germanice: "Der kleine Catechißmus Lutheri in Arabische Sprache übersetzt "von Salomon Negri zu Halle im Waysen-Hause. "1716." Fol. 2. v. inscriptionem habes Arabicam: التعليم المسيحى على مذهب الفضيل العلامة حجة الملة النصرانية وفخر الطائفة الالمانية سيدنا مرتينوس لوطيروس ، . Incipit ipse liber fol. 2 v., finitur fol. 21. v. Clausula additur fol. 22. r.: وقد كان الفراغ منه نهار الاربع (sic) تم فى يوم الثالث والعشرين من شهر ايلول سنة ١٧١٦ بيد سليمان الاسود الدمشقى (sic) وقد كتب برسم خزانة كتب بيت اليتامى الذى فى مدينة هال فى بلاد ساكسونيا تم

Cum illa versione, quam Halis excudendam curavit Jo. Henr. Callenberg, a. 1729. 12o, comparationem codicis nostri instituere non contigit; cf. Schnurreri bibl. Arab. p. 276.

CODICES MATHEMATICI, ASTRONOMICI, CHRONOLOGICI, ASTROLOGICI.

LXXXI

(N. 21. in fol.; olim N. 27. in fol.)

Euclidis Elementorum libri V–XV. Arabice, codex in fol., fol. 214. chartae orientalis vetustae laevigatae, char. Neschi antiqua manu distincte scriptus, sed omissis plerumque punctis diacriticis, bene conservatus, cujus tamen ea pars, quae priores quattuor libros olim continebat, nunc desideratur. Notatur enim fol. 1. r. in summa pagina ad sinistram: آ من ح, h. e. folium primum quinternionis octavi. Legitur praeterea pagina eadem *Guil. Postelli* manu scriptus libri titulus:

"Quintus euclidis liber de elementis geo-"metricis Interpte Isaaco ben genino, emen-"datore thebitho ben coratio. Ad finem vero "elementorum et demōstrationum durat. Desy-"derantur 4 primi.

"Postelli et Posteritatis."

Infra inverso libro inscriptum est: "Para-"phé au desir de l'arrest du 5. juillet 1763. "Mesnil."

Folio 1. v. incipit liber V., cui inscribitur: المقاله الخامسه من كتاب اقليدس فى الاصول نقل اسحاق ابن حنين واصلاح ثابت ابن قره ، ; atque similiter indicatur initium librorum VI—X. (fol. 15. r. 36. v. 52. v. 66. v. 80. r.) In clausula, libro decimo adjecta, fol. 151. r., nomini *Θ*âbiti bin Qurre additur cognomen el-'Harrânî (الحرانى), et subjungitur: وهى اخر ما نقله اسحاق واصلحه ثابت ويتلوه نقل الحجاج بن يوسف بن مطر الوراق لمعيته*) من الترجمه الثانيه المهذبه ، . Inscriptio libri undecimi (fol. 151. v.) haec est: المقاله الحاديه عشر[ه] من كتاب اقليدس فى الاصول نقل الحجاج ابن يوسف بن مطر الوراق من الترجمه الثانيه ، . Similia leguntur fol. 174. r. in fine libri undecimi, ubi scriptum est: الترجمه الثانيه المهذبه, et initio libri duodecimi; item fol. 189. r. in fine ejusdem libri et 189. v. in initio libri decimi tertii, qui errore librarii vocatur duodecimus. In fine hujus libri fol.

*) Hoc vocabulum quibus punctis scribendum sit, nobis non constat. Reliquis, quae ex hoc codice dedimus, puncta diacritica adjecimus; quae perperam posita erant, correximus.

201. v. adscriptum legitur: تمت المقاله الثالثه عشره من كتاب اقليدس فى الاصول وهى اخر ما نقل الحجاج ابن يوسف ابن مطر الوراق من الترجمه الثانيه وتم بتمامها كتاب اقليدس فى الاصول — — —. Sequitur deinde fol. 202. r. inscriptio libri decimi quarti: المقاله الاولى من كتاب ابسقلايس وهى الرابعه عشر[ه] من كتاب اقليدس فى الاصول نقل قسطا بن لوطا. Subscriptio, fol. 210. v.: المقاله الاولى من كتاب ابسقلايس فى تتميم كتاب اقليدس — — —. Versionis auctor hoc loco vocatur: قسطا بن لوطا البعلبكى. Libri ultimi inscriptio, fol. 211. r.: المقاله الثانيه من كتاب ابسقلايس وهى الخامسه عشره من كتاب اقليدس فى الاصول ترجمه قسطا بن لوقا البعلبكى. Desinit codex fol. 214. v. in media pagina post sextam ejus libri figuram. — Fol. 188. v., figurae delineandae, ut videtur, destinatum relictum est vacuum.

Videtur igitur secundum ea, quae ex fol. 151. r. deprompsimus, versio *Is'hâqi bin 'Hunein*, a *Θâbito* recognita, usque ad finem tantum libri decimi pertinuisse, ita ut libri XI—XIII. ex editione secunda et emendatiore versionis *'Hag'g'âg'i bin Jûsuf* essent recipiendi, supplementa *Hypsiclis* vero e versione, quam condiderat *Qustâ bin Lûqâ* vel *Lûṭâ*, ut bis scriptum reperitur in codice nostro. Conferantur de his versionibus eorumque auctoribus J. C. Gartz de interpretibus et explanatoribus Euclidis Arabicis, pag. 7. sq. 20. sq. 25. sqq. 37. sq.; G. O. Flügel de Arabicis scriptorum Graecorum interpretibus, pag. 11. 14. sq. 17. sq., et J. G. Wenrich de auctorum Graecorum versionibus et commentariis Syriacis, Arabicis, Armeniacis, Persicisque, § CXVI. CXVII. Wenrichius quidem Is'hâqum omnes elementorum Euclidis libros Arabice vertisse tradit, auctoritate nixus Mu'hammedis bin Is'hâq en-Nedîm et G'emâl ed-dîni el-Qufṭî, et codices recenset Bodlejanos duo, Parisiensem unum, quibus priores tredecim libri ab Is'hâqo, Hypsiclis supplementa a Qostâ Arabice reddita, contineri feruntur. Sed ea res disquisitione accuratiore jam nobis indigere videtur. — Notandum praeterea, quod Ibn Challikân (ed. de Slane, Vol. I. pag. 147. et 245.) versionem librorum Euclidis, hoc est elementorum, adscribit 'Huneino bin Is'hâq, qui pater Is'hâqi nostri, quocum consentit inter alios 'Hâg'î Chalfa, vol. I. pag. 381. sq. Sed ita res fortasse expedienda, ut statuas sub auspiciis patris filium versionem condidisse, unde utriusque nomen ei quasi adhaereat. Jure enim huc refertur, quod in universum annotat Herbelotius s. v. Honain: "Il se servit beaucoup d'Ishak son fils et de "Hobaiz" [leg.: Hobaisch] "son neveu dans "les versions qu'il entreprit."

'Hâg'î Chalfa l. laud. aliique Θâbitum quoque nostrum, mortuum a. h. 288. (Chr. 901.), inter Euclidis translatores recensent, sed minus accurate; is enim recognovit tantum versionem Is'hâqi vel 'Huneini*), ut ex Ibn Challikâno quoque patet, vol. I. p. 147.

Hypsiclis nomen, cui in codice nostro perperam ubique adscripta sunt puncta diacritica, a nobis restitutum est. Desiderantur ejus supplementa in Naszîr ed-dîni recensione elementorum Euclidis, Romae impressa a. 1594.

LXXXII.

(N. 22. in fol.; olim N. 41. in fol.)

Codex in fol., foll. 128. chartae orientalis crassae et antiquae, char. Africano bene scriptus, sed tineis vehementer laesus. Continet is bonam partem libri cujusdam mathematici, agentem *de arithmetica, geometria et stereometria.* Auctoris nomen ignoratur. Quod enim inscriptum est folio, numero non signato, in capite libri: "Euclidis", id verum non est. Hic liber divisus erat in duo genera disciplinarum mathematicarum (جنسى التعاليم الرياضية); utrumque genus varias complectebatur species (انواع), in alias species denuo divisas, quarum partes ap-

*) Versionem Qustae habet Flügelius, l. l. pag. 17., sed id errore niti non est dubium.

pellabantur sectiones (فصول). In margine recentiore quadam manu annotantur singularum uniuscujusque sectionis propositionum numeri, litterarum Arabicarum valore numerico expressi. Quod adest, variis constare videtur fragmentis, quae recensere conabimur.

1. Fol. 1—20. Sectionis primae, nescimus cujus speciei, pars, item ejusdem speciei sectio secunda, tertia et quartae pars. Incipit enim fol. 1. r. a fine propositionis cujusdam vicesimae quintae et non interrupto ordine pergitur usque ad quadragesimam quintam, quam continuo sequuntur (fol. 4. v.) propositiones decima septima et decima sexta. Excipit hanc inscriptio sectionis secundae: بسم الله الرحمن الرحيم صلى الله على محمد وآله ، الفصل الثاني في خواص الاعداد الاضافية ،. Numerantur ejus propositiones viginti sex, et deinde duodetricesima, undetricesima, tricesima, sed sic ex correctione secundae manus; antea enim scriptum erat: 27. 28. 29. Sectio tertia incipit fol. 12. r.: بسم الخ ، الفصل الثالث في خواص الاعداد من جهة مشابهتها للخطوط والسطوح والاجسام ،. Adjicitur in margine inscriptio Graeca: *περὶ τῶν ἀριθμῶν ἀναλογίας καὶ προς τὰ σώματα ἐπίπεδα καὶ γραμμὰς συγκρίσεως*. Haec sectio continet propositiones XVII. Fol. 16. r. incipit sectio quarta: الفصل الرابع في خواص الاعداد بحسب اضافتها الى اجزايها ،. In margine: *περὶ ἀριθμῶν ἰδιότητος, καὶ τοῦ αυτοῦ πρὸς τὰ μερη συγκρίσεως*. Enumerantur propositiones decem usque ad finem fol. 19., post quod excisum est folium unum. Nihilominus folio sequenti leguntur propositiones undecima, duodecima et decimae tertiae pars; abrumpitur enim oratio in media propositione, fol. 20. v. extr.

2. Fol. 21—53. Ex generis primi specie secunda sectionis primae pars et sectio secunda. Sed illa species num fuerit subdivisio alius speciei necne, non liquet. Sequitur generis primi speciei tertiae species prima, tribus sectionibus constans, et speciei secundae sectionis primae pars. Incipit enim fol. 21. r. in media propositione vicesima quinta sectionis ejus, quam diximus, eamque sequuntur propositiones XXVI—XXXII., ita tamen ut loco notae tricesimae secundae repetatur nota tricesimae primae. Ad duodetricesimam annotatur in margine: *ὧδε πολὺ λείπει*. Fol. 23. v. incipit: الفصل الثاني من النوع الثاني في سطوح الدواير ،, cum nota marginali Graeca: *περὶ τῶν κύκλων περιφερίας*. Propositiones habet haec sectio I—XXIV. et XXVI—XXIX. — Fol. 32. v. incipit species (major) tertia: النوع الثالث من جنسى التعاليم الرياضية في خواص, cum nota marginali: *διάπραξις τῶν σχημάτων καὶ ἡ ἐν αὐτοῖς ἄσκησις*. Plenius autem infra legitur: النوع الثالث من الجنس الاول من جنسى التعاليم الرياضية في خواص الخطوط والزوايا والسطوح بحسب اضافة بعضها الى بعض وهو ينقسم الى ثلاثة انواع ، النوع الاول في خواص الخطوط والزوايا والسطوح بحسب اضافة بعضها الى بعض على جهة النسبة ، النوع الثاني في خواص الخطوط والزوايا والسطوح بحسب اضافة بعضها الى بعض من جهة الاشتراك والتبيان ، النوع الثالث في خواص الخطوط والزوايا والسطوح بحسب اضافة بعضها الى بعض من جهة الفرض والوضع ، والنوع الاول من هذه الانواع ينقسم الى ثلاثة فصول الفصل الاول في القول الكلى على النسبة والتناسُب ، الفصل الثاني في خواص الخطوط والزوايا والسطوح المستقيمة الخطوط بحسب اضافة بعضها الى بعض على جهة النسبة ، الفصل الثالث في خواص الزوايا (leg.: الدواير) بحسب اضافة ما يقع فيها من الزوايا والخطوط والسطوح ،. Fol. deinde 33. r. incipit prima illa sectio: في القول الكلى الخ ،, continens propositiones decem; fol. 36. v. sequitur sectio secunda cum inscriptione manca; desunt enim verba المستقيمة الخطوط et على جهة النسبة. Complectitur haec sectio propositiones XVIII., quarum numeri ex parte secunda manu correcti. Fol. 43. v. incipit sectio tertia, in cujus inscriptione rectius, quam supra, legitur: في خواص الدواير الخ. Numerantur hic XVII. propositiones continuae, quarum ultima trunca; videtur excidisse folium unum post folium 50. In sequenti folio enim habemus propositionis undevicesimae finem cum vicesima, quae ultima est

ejus sectionis. Excipit hanc fol. 51. v.: النوع الثانى من النوع الثالث من الجنس الاول من جنسى التعاليم الرياضية فى خواص الخطوط والزوايا والسطوح بحسب اضافة بعضها الى بعض من جهة الاشتراك والتباين وهو ينقسم الى فصلين ، الفصل الاول فى خواص الخطوط والسطوح بحسب اضافة بعضها الى بعض من جهة الاشتراك والتباين ، الفصل الثانى فى خواص السطوح والدواير بحسب اضافة ما يقع فيها من الخطوط والسطوح على جهة التباين والاشتراك ،. Adsunt tantum, pag. eadem, sectionis prioris propositiones prima, secunda et tertiae initium, et post lacunam duorum foliorum excisorum, uti videtur, fol. 52. 53., propositionis octavae finis, nona et decimae pars major.

3. Fol. 54-57. Devehimur nunc ad sectionem secundam e speciei (majoris) quartae specie tertia, quae ad genus primum haud dubie pertinet. Sic enim legitur fol. 54. r. in summa pagina: الفصل الثانى من النوع الثالث من النوع الرابع فى خواص خطوط وزوايا وسطوح القطوع [ب]اضافة بعضها الى بعض ،. Adsunt propositiones prima, secunda et pars tertiae. Sed haec iis, quae sequuntur, non erant anteponenda; continent enim

4. Folia 58—71. clausulam sectionis prioris et sectionem posteriorem speciei secundae e generis primi specie (majore) tertia; ejusdem tertiae speciei (majoris) speciem tertiam, duabus sectionibus constantem, ita tamen ut posterioris sectionis pars major desideretur. Legitur enim fol. 58. r., post clausulam propositionis ultimae sectionis praecedentis, inscriptio haec: الفصل الثانى فى خواص السطوح والدواير الخ ،, omnino ut dedimus supra e fol. 51. v. Propositiones habet haec sectio undecim. Fol. 62. r. incipit: النوع الثالث من النوع الثالث من الجنس الاول من جنسى التعاليم الرياضية فى خواص الخ ،, ut fol. 32. v. Deinde subjungitur: وهو ينقسم الى فصلين ، الفصل الاول فى خواص الخطوط والزوايا والسطوح المستقيمة الخطوط ، الفصل الثانى فى خواص الدواير بحسب اضافتها الى الخطوط والزوايا والسطوح المستقيمة الخطوط ،. Sectio prior propositiones continet triginta et sex. Posterioris inscriptio tantum adest et propositionis primae pars, fol. 71. v.

5. Sequuntur folia duo, 72. 73., quae continent sectionis nescimus cujus propositiones secundam ex parte, tertiam, quartam et quintae partem; sed haec ad ea, quae praecedunt, non videntur pertinere.

6. Foll. 74—78. continent finem speciei primae e specie (majore) quarta (generis primi) et initium sectionis prioris speciei secundae. Sequitur enim fol. 77. v. post illius propositiones XIII—XXII. inscriptio: النوع الثانى من النوع الرابع فى خواص الاكر والقطوع الحادثة فيها من غير اضافة بعضها الى بعض وينقسم الى فصلين ، الفصل الاول فى خواص الدواير الواقعة فى الكرة من غير اضافة الخ ، الفصل الثانى فى خواص دواير الاكر وقسيها واوتارها بحسب اضافة بعضها الى بعض ،. Sed prioris sectionis tantum I—IV. adsunt; desideratur figura ad illustrandam quartam propositionem destinata.

7. Foll. 79—93. continent sectionis posterioris ejusdem speciei finem et initium sectionis prioris speciei tertiae e specie (majore) quarta. Legimus enim post illius propositiones III—XXI., fol. 90. v., hanc inscriptionem: النوع الثالث من النوع الرابع فى قطوع الاساطير والمخروطات المستديرة وهو ينقسم الى فصلين ، الفصل الاول فى وجود القطوع وخواصها الاول (sic) من غير اضافه بعضها الى بعض ، الفصل الثانى فى خواص خطوط وزوايا وسطوح القطوع باضافة بعضها الى بعض ،. Prioris sectionis hic habemus propositiones I—III.

8. Foll. 94. 95. continent propositiones duodecimam et decimam tertiam cujus nescimus sectionis.

9. Foll. 96—103. exhibent propositionis nonae partem et propositiones X—XXIII. integras, pertinentes, ni fallimur, ad sectionem illam, cujus initium legebatur fol. 90. v.—93. v., atque sic post fol. 103. videtur fuisse locus inserendi folia illa 54—57., supra male collocata.

10. Foll. 104—120. continent speciei (majoris) quintae speciem priorem, duabus sec-

tionibus constantem. Fol. 104. r. enim legitur: النوع الخامس من جنسى التعاليم الرياضية فى اضافة الجسمات وسطوحها بعضها الى بعض وهو نوعان ، النوع الاول فى اضافة الجسمات المستقيمة السطوح وسطوحها بعضها الى بعض ، النوع الاول ينقسم الى فصلين ، الفصل الاول فى مقدمات تتصرف فى ما بعد من العلوم ، الفصل الثانى فى اضافة الجسمات المستقيمة السطوح وسطوحها بعضها الى بعض ، Complectitur sectio prior propositiones octo; posterior incipit fol. 108. r., ubi inscribitur: الفصل الثانى من النوع الاول من نوعى النوع الخامس فى اضافة مجسمات وسطوح الجسمات المستوية السطوح بعضها الى بعض ; qui titulus recedit paululum ab illo, qui legebatur fol. 104. r. Ejus sectionis hic habemus propositiones XXV., quarum tamen ultima abrumpitur fol. 120. v. Interponuntur enim

11. Fol. 121. propositionis decimae pars, undecima et duodecima ex parte, quae ad ea fortasse pertinent, quae in fine folii 53. erant interrupta.

12. Foll. 122—127. continent secundae speciei ex eadem specie (majore) quinta propositiones decem, quarum ultimae in fine videntur deesse nonnulla. Fol. 122. r. inscriptio quidem sic habet: الفصل الثانى من النوع الخامس فى اضافة مجسمات وسطوح الجسمات المستديرة بعضها الى بعض ; sed recte corrigitur in margine: النوع pro الفصل. Adjiciiur quoque notula Graeca: *περι στερεῶν*.

13. Fol. 128. r. cum praecedente cohaerere non videtur. Est finis propositionis ultimae hujus libri, id est primi generis من جنسى التعاليم الرياضية. Legitur in media pagina: تم الكتاب, eadem manu scriptum, qua totus codex.

Adjectae sunt passim per totum codicem notae marginales Arabicae, seriore manu char. Africano negligenter exaratae. — Fol. 128. v. inscriptum est: „Coll. Paris. Socie^tis^ Jesu"; et fol. 1. r. in margine interiore legitur, ut in codice LXXXI.: „Paraphé au desir de l'arrest du 5. juillet 1763. Mesnil."

LXXXIII.

(N. 23. in fol.; olim N. 21. in fol.)

De stellis fixis liber astrognosticus, auctore *Abû 'lhusein 'Abd er-ra'hmân bin 'Omar es-Szûfi er-Râzî*, fol., foll. 126. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, bene conservatus. Praemittitur codici folium, numero non signatum, cui in prima pagina inscriptum est:

تصوير صور الكواكب لعبد الرّحمن الصّوفى ،

Sed paulo aliter titulus legitur fol. 1. r.: الكواكب والصور تاليف ابى الحسن عبد الرحمن بن عمر الصوفى رحمه الله تعالى ، Incipit praefatio fol. 1. v.: قال ابو الحسين عبد الرحمن بن عمر الصوفى رحمة الله عليه بعد ان حمد الله واثنى عليه وصلّى على رسوله المصطفى وآله *) انى رايت كثيرا من الناس يخوضون فى طلب معرفة الكواكب الثابتة ومواقعها من الفلك وصورها ووجدتهم على فرقتين ، In margine autem adscriptum est: قال عبد الرحمن بن عمر المعروف بابى الحسين الصوفى بعد آه subjuncto vocabulo نسخه, quod aliud ejusdem libri exemplum designat, ex quo haec desumpta sunt. — Exposita in praefatione studiorum ratione, quae persecutus erat a. h. 335. (Chr. 94$\frac{6}{7}$.) in oppido ed-Deinewer et a. h. 337. (Chr. 94$\frac{8}{9}$.) Iszpahânae, ad enarrandam hujus quoque libri originem accedit auctor, quem 'Adhad ed-daulae Buweihidae obtulit, in cujus aula versatus est inde ab a. h. 349. (Chr. 960.) — Ipsa XLVIII. signorum coelestium descriptio incipit versus finem fol. 9. a signo ursae minoris. Singulorum signorum, excepto tantum uno, adjiciuntur figurae elegantissime pictae et duplici plerumque modo delineatae, ita ut signum quale in ipso coelo, qualeque in globo coeli imaginem referente appareat, conspicias. Subscriptio in fine codicis, fol. 126. r., haec est: نقل من النسخة التى كانت لابى الحسين الصوفى بخط فرج بن عبد الله الحبشى مولاه والصور والجداول بخط ابى الحسين رحمة الله تعالى عليه وهى النسخة التى للوقف لدار العلم ببين

*) Insertum est h. l. a secunda manu vocabulum وبعد.

السورين بمدينة السلام وكتب فى ذى القعدة من سنة اربعة واربعماية للهجرة والحمد لله – – – ، وكان الفراغ من كتابة هذه النسخة المباركة المعظم شذاعا لسيدها ومولاها الجناب الكريم العالى الامير حسن افندى باش خليفة الرزنامه (sic) على يد كاتبه الفقير – – – محمد المغربى فى يوم الثلاث المبارك ثالث شهر ذى الحجة الحرام ختام سنة ١٠١٠ من الهجرة النبوية – – – ، . Fol. 126. v. subjungitur index imaginum, signa coelestia referentium, char. Nesta'lîq exaratus. — Codicem in oriente comparatum Hauniam transmiserunt a. 1763. Niebuhrius ejusque in itinere comites; vid. J. D. Michaelis literar. Briefwechsel, Th. II. pag. 78.

Conferantur de hoc libro ejusque auctore, quae disputavit clar. Ideler in libro: Untersuchungen über den Ursprung und die Bedeutung der Sternnamen, pag. XLIX. sqq. Auctoris praenomen secundum codicem nostrum est *Abû 'l'husein*, quod Abulfaragius quoque habet in hist. dynastiarum, pag. 325., et Herbelotius s. v. Razi. Dederunt alii cum titulo codicis nostri *Abû 'l'hasan*, ut G'emâl ed-dîn el-Qufṭî apud Casirium, vol. I. pag. 361., et Idelerus. Neque magis de ipsius libri nomine constat; ab inscriptione codicis utraque recedunt et Abulfaragius, qui habet: كتاب الصور السمائية مصور, et G'emâl ed-dînus, apud quem legitur: كتاب الكواكب الثابتة مصور،

LXXXIV.

(N. 30. in 4to.)

Musae bin Mu'hammed Qâdhizâde notae in El-G'aghmînii) compendium astronomicum*, quod inscribitur: الملخص فى علم الهيئة; codex in 4to, foll. 155. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi satis bene scriptus, bene conservatus. Titulus fol. 1. r. inscriptus hic est: شرح الجغميني **) المسمى بالملخص فى علم الهيئة للشيخ الامام العلامة المفنى موسى الشهير بقاضى زاده البرسلى الحنفى رحمه الله تعالى ، . Praefatio incipit fol. 1. v. ab his verbis: الحمد لله الذى جعل الشمس ضياء والقمر نورا ، وبسط على بساط البسيط ظلا وحرورا ، . Primae duae paginae char. Nesta'lîq scriptae sunt, sed eadem manu, qua totus codex. Inscriptus est commentarius (fol. 4. r.) clarissimo nomini principis et astronomi Ulûg Begi (الوغ بيك بن شاه رخ بن تيمور كوركان), et incipit fol. 4. r. in fine paginae, desinit fol. 154. r. — Sententiae circulis et figuris astronomicis illustrantur. Notae marginales et interlineares inveniuntur haud paucae, et illae quidem ab ipso librario plerumque scriptae, hae vero alia manu et Turcico partim sermone. — Clausula additur fol. 154. v., char. Nesta'lîq scripta, qua docemur, codicem scriptum esse in gratiam cujusdam Scheich Mu'hammed Efendî, manu Derwîschi Mu'hammed, e posteris Scheichi Schahqobâd, mense Ḏû 'lqa'de a. h. 1098. (Chr. 1687.) Adjiciuntur pagina eadem disticha nonnulla Persica, et fol. 155. r. variae notitiae, eadem, qva totus codex, manu exaratae.

El-G'aghmînii liber in catalogo librorum, ex 'Hâg'î Chalfa excerpto, quem saepius memoravimus, his verbis indicatur: ملخص فى الهيئة البسيطية لمحمد بن احمد الجغمينى. Dissentiunt tamen viri docti de hujus scriptoris nomine; verum dedisse nobis videtur Casirius, vol. I. pag. 382.: Abû 'Abd allâh Ma'hmûd bin Mu'hammed bin 'Omar. Inter commentatores El-G'aghmînii in eodem illo catalogo, ex 'Hâg'î Chalfa excerpto, recensetur et Mûsâ bin Mu'hammed Qâdhîzâde et Fadhl el-'Ubeidî. Clar. Fleischer quo jure in catal. Biblioth. Dresd. n. 131. cognomen Qâdhîzâde jungat nomini commentatoris G'elâl ed-dîn Fadhl allâh el-'Ubeidî, nos quidem nescimus, sed verendum, ne unum fecerit e duobus, et constare videtur, commentatoris nostri verum nomen fuisse Szalâ'h eddîn Mûsâ bin Mu'hammed bin Ma'hmûd Qâdhîzâde er-Rûmî. Cf. Th. Hyde in praefatione in

*) *C'aghmînium* Persae vocant, cognomine ab oppido C'aghmîn derivato, in Chᵘarizmia sito.

**) Eodem nomine, quo auctor, ipse quoque liber ejus designatur; vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. II. pag. 601.

tabulas Ulugh Beighi, pag. XV.; Herbelot s. v. Cadhi Zadeh al-Rûmi; Casiri, vol. I. pag. 382.: Toderini Litt. der Türken, (interpretationis Germ.) vol. I. pag. 148.; Gartz de interpretibus et explanatoribus Euclidis Arabicis, pag. 30.

LXXXV.

(N. 31. in 4to; olim N. 15. in 8vo.)

Codex in 4to, foll. 18. chartae laevigatae, char. Neschi satis bene scriptus. Folio 1. r. inscriptus est titulus: هذه جداول النسبه الستنيه على التمام والكمال. Scribendum erat: النسبة الستّينيّة; sunt enim, quae sequuntur, *tabulae multiplicationis, ad calculum sexagesimalem pertinentes,* quae usum habere videntur in computando solis loco in coelo. Fol. 1. r.—11. r. continentur tabulae quadraginta, in quibus numeri litterarum valore numerico expressi sunt. Folia 11. v.—14 v. secundum inscriptiones destinata erant tabulis XLI—LIV., sed numeros inscribere praetermissum est. Fol. 15. r.—16. r. tabularum LV—LX. exigua tantum pars expleta; fol. 16. v. nihil habet scripti. — Fol. 17. r.—18. r. sub finem paginae legitur pars introductionis (مقدمة), illustrando tabularum praecedentium usui destinatae, sed ab initio mutilae. Subscriptio adjicitur in ima pagina: قد كمل لنا — — ما اردنا وصفه في هذه المقدمة cet., et notantur fol. 18. v. scriptionis annus et mensis, Mu'harrem 1175. (Chr. 1761.).

Hunc codicem in Oriente comparatum a. 1763. Hauniam miserunt Niebuhrius et socii; vid. J. D. Michaelis liter. Briefwechsel, T. II. pag. 80. n. 11.

LXXXVI.

(N. 32. in 4to, olim N. 52. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 109. chartae orientalis laevigatae, varios tractatus continens de usu variorum instrumentorum astronomicorum. Sunt ii:

1. كتاب حاوى المختصرات في العمل بربع المقنطرات *Summa compendiorum de operationibus cum quadrante circulorum ad horizontem parallelorum,* auctore *Bedr ed-dîn Abû 'Abd allâh Mu'hammed bin Mu'hammed bin A'hmed,* progenie Imâmi G'emâl ed-dîn 'Abd allâh el-Mârdînî. Libri titulus cum parte nominis auctoris inscriptus est fol. 1. r. At plenius nomen exhibet praefatio, fol. 1. v.: قال الشيخ الامام — — ابو عبد الله محمد بدر الدين سبط الشيخ الامام — — جمال الدين عبد الله المارديني — —، يقول فقير رحمة ربه محمد بن محمد بن احمد سبط المارديني الموقت بالجامع الازهر. Cf. Hâg'î Chalfa, ed. Flüg., vol. III. pag. 11., et Casirium, vol. I. n. CMXXVI, 6. Divisus est hic tractatus in introductionem, triginta capita et coronidem. Incipit introductio fol. 2. r.; caput primum fol. 4. v. Clausula legitur fol. 45. v., quae docet hoc exemplum absolutum esse die 24. mensis Reg'eb a. h. 1068. (Chr. 1658.) Scriptura Neschica, haud mala; in margine saepe adjiciuntur annotationes.

2. Clausulae hujus tractatus continuo subjungitur fol. 45. v. initium alius cujusdam libri, similis argumenti, qui inscriptione caret. In margine tantum notatur: نيجب*) معرفة السمم بالربع الجيب. Agit enim liber *de usu quadrantis* ejus, quem astronomi Arabes vocant الربع المجيّب i. e. *sinu instructum.* Praefationis initium, lin. 9., hoc est: الحمد لله الذى تقدس في جمال صفاته، et paulo post, lin. 5. a fine, legitur: اما بعد فان الربع المجيّب ليس في الالات الفلكية اشرف منه cet. Quae verba cum iis fere respondeant, quae Casirius laudat, vol. I., ad n. CMXXVI, 2., jure nobis suspicari videmur, initium hoc esse non quidem ipsius libri المطلب في العمل بالربع المجيب, auctore eodem *Bedr eddîno,* cujus erat praecedens tractatus, sed initium compendii ejus libri, quale in codice etiam LXXXVII. legitur et in ipso hoc codice nostro fol. 53. v.—72. r. commentario instructum est.

*) Legendum fortasse: نتيجة.

Sed h. l. orationis series abrumpitur in fine folii 46.

3. Fol. 47. r. alius cujusdam tractatus nomen iterum iterumque inscriptum est, hoc modo: رسالة فى علم — رسالة الميقاة ; — كتاب رساله الميقاة ، ، الميقات ; at ipse tractatus desideratur. Infra titulum enim tabulae tantum nonnullae leguntur, male exaratae, quibus inscriptum est: مطالع; et fol. 47. v. sequuntur alius libri titulus et praefatio: [ه]ذا كتاب المثنوى وهو اصول اصول اصول الدين فى كشف اسرار الوصول واليقين وهو فقه الاكبر وشرع الازهر --- ، يقول العبد -- محمد بن محمد بن الحسين البلخى ،. Sed hujus quoque libri continuatio desideratur.

4. Sequitur, post annotationes nonnullas a variis libri fortasse possessoribus fol. 48. r. inscriptas, *libellus de operationibus cum semicirculo aequinoctiali.* Sic enim legitur post Besmelam fol. 48. v.: وبعد فهذه فوايد فى معرفة العمل بنصف دايرة المعدل ،. Scriptura Neschica bona. Finitur libellus fol. 53. r. in media pagina.

5. Fol. 53. v. incipit eadem manu scriptus *commentarius in Bedr ed-dîni* [Sibt] *el-Mârdînî tractatum de operationibus cum quadrante, sinu instructo,* auctore *A'hmed bin A'hmed 'Abd el-'haqq es-Sunbâti:* توضيح لطيف على الرسالة الموضوعة فى العمل بالربع المجيب تاليف الشيخ العلامة بدر الدين الماردينى ،. Bedr ed-dîni tractatus idem est, quem exhibet cod. LXXXVII. Absolvitur commentarius fol. 72. r. Adjicitur quidem fol. 72. v. clausula quaedam (خاتمة), quadrantis usum itidem spectans et pessime exarata; attamen haec ad eundem librum pertinere non videtur.

6. Eadem pessima manu, qua fol. 72. v., sequens quoque libellus exaratus est, fol. 73. r.—81. v., qui inscribitur: كفاية القنوع فى العمل بالربع المقطوع للشيخ -- بدر الدين الماردينى ، i. e. *compendium de operationibus cum quadrante resecto*, sive sectore, quem astronomi nostri vocant, auctore *Bedr ed-dîn el-Mârdînî.* Sed plenius in ipso libelli limine auctoris nomen legitur: قال الشيخ -- بدر الدين سبط العلامة جمال الدين الماردينى -- ، الحمد لله الذى جعل النجوم علامات لاوقات السجود ،. Titulum hujus libri laudat 'Hâg'î Chalfa*), eumque divisum esse contendit in quindecim capita; in codice tamen nostro dividitur in capita viginti.

7. Post fol. 82., cui praeter notulas nonnullas nihil inscriptum est, sequitur libellus, cui titulum fecit librarius (fol. 83. r.) hoc modo: هذه الدرر الفاخرات فى العمل بربع المقنطرات فى جميع الاقطار والجهات للعالم العلامه البحر الفهامه سيدى احمد الشرفى -- ، i. e. *Liber margaritarum pretiosarum, agens de operationibus cum quadrante circulorum ad horizontem parallelorum, omnibus terrae regionibus accommodatus,* auctore *A'hmed esch-Scherefî.* Incipit is fol. 83. v., clauditur f. 109. v.; constat praefatione et viginti capitibus et bene scriptus est charactere Neschî. Absolutus est m. Reg'eb a. h. 1157. (Chr. 1744.)

Hunc codicem ex Oriente Hauniam transmiserunt Niebuhrius et socii; vid. J. D. Michaelis literar. Briefwechsel, T. II. p. 79. n. 7.**)

LXXXVIII.

(N. 33. in 4to; olim N. 50. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 14. chartae laevigatae, charactere ad Nesta'lîq accedente satis bene scriptus, varios itidem tractatus continens de usu quadrantis.

1. Fol. 1. v. incipit *tractatus de operationibus cum quadrante circulorum ad horizontem parallelorum:* رسالة فى العمل بالربع الموسوم بالمقنطرات ،

---

*) Ed. Flüg. vol. I. pag. 346. n. 890. Sed pronuntiandum est: كفاية القَنوع.

**) Brevissima codicis notitia, quam hic liber exhibet, indicat tantum illud nomen, quod dedimus e fol. 47. v.: Mu'hammed bin Mu'hammed bin el-'Husein el-Balchî, et nomen A'hmedis esch-Scherefî, ut nos scripsimus, auctoritatem secuti Sujûtii in libro Lubb el-lubâb, edit. Vethii, pag. 152.

introductione et decem sectionibus constans. Auctoris nomen discimus e praefatione commentarii, cujus initium continet hic noster codex, n. 3.; est is *G'emâl ed-dînus*, جمال الدين ابن الجرى. Clauditur hic libellus fol. 5. r. lin. 5.

2. Fol. 5. r. lin. 6. sequitur *tractatus de operationibus cum quadrante sinu instructo:* رسالة فى العمل بالربع المجيب، introductione et viginti capitibus constans, auctore *Bedr ed-dîn Sibt el-Mârdînî*, ut apparet e commentario, quem continet codex noster LXXXVI., n. 5. Finitur liber fol. 9. v. lin. 3. Videtur esse idem liber, quem recenset A. Krafft, Handschriften der orient. Akad. in Wien, pag. 137. n. 5., in scribendo auctoris nomine paululum tamen recedens ab eo, quod nos dedimus ad cod. LXXXVI., n. 1. Cf. praeterea Catal. Biblioth. Lugd., pag. 456. n. 1140. 1143. et 1147.

3. Sequitur denique fol. 9. v. lin. 4. *initium commentarii in G'emâl ed-dînî tractatum de operationibus cum quadrante circulorum ad horizontem parallelorum,* auctore *Jûnus bin 'Abd el-qâdir bin A'hmed er-Reschedi.* In praefatione enim, quae incipit ab his verbis: الحمد لله الذى اعطا من شا ما شا، deinde subjunguntur haec: اما بعد فيقول العبد -- يونس ابن عبد القادر ابن احمد الرشدى الشافعى --- شرح لطيف على الرسالة العشرة فصول الموضوعة فى العمل بالربع الموسوم بالمقنطرات تاليف الشيخ -- جمال الدين ابن الجرى رحمة الله عليه، . Abrumpitur commentarius in fine fol. 11. r., ultra prima tractatus illius verba non progrediens. Foll. 11. v.—14. v. vacua sunt.

LXXXVIII.

(N. 34. in 4to; olim N. 49. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 94. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, bene conservatus. Continet is *tabulas astronomico-chronologicas,* auctore *Ridhwân Efendi.* Fol. 1. r. inscriptus est titulus hoc modo: الجوهرة اللامعة والنتيجة الجامعة لشيخنا العالم -- رضوان افندى --، ; i. e. *Gemma splendens et summa comprehendens.* Juxta adscriptum est: نتيجة رضوان افندى الكبرى; sed supra titulum perperam scriptum legitur: هذه نتيجة رظوان افندى --، . Infra adjectae sunt annotationes nonnullae astronomicae, Turcica manu exaratae. Fol. 1. v. praefatio legitur brevissima, cujus hoc est initium: الحمد لله الذى زين السما بزينة الكواكب وسيرها بقدرته رب المشارق والمغارب، . Sequitur deinde usque ad finem fol. 3. r. tractatus introductorius, in tres sectiones divisus, quarum hi sunt indices: sectio I. فى معرفة التاريخ العربى، ; sectio II. فى معرفة تحويل الشمس الى مقوم الشمس، ; sectio III. روس البروج. Ipsae tabulae incipiunt fol. 3. v. et desinunt fol. 93. v.; computatae sunt ex horizonte urbis Qâhirae. Primae tabulae (fol. 3. v. 4. r.) superscriptum est: جدول تقويم الشمس لطول مصر وهو نه نه من ساحل البحر الغربى على اصول الغ بيك صاحب الرصد الجديد السمرقندى تحرير العبد الفقير رضوان عفى عنه، . Quae deinde sequuntur tabulae, fol. 4. v.—7. r., pertinent ad annos Arabum 1094 — 1402. sive Coptorum annos 1400—1699. In margine fol. 4. v. notatum est manu recentiore: اول التواريخ. — Ex inscriptionibus reliquarum tabularum hasce annotamus: fol. 7. v.: مدخل السنين الرومية وشهورها، ; fol. 8. r.: جدول مدخل الشهور العربية، ; ibid.: مدخل الشهور القبطية، ; fol. 10. v. (a manu secunda): اول جداول التحويل، ; fol. 33. v.: اول جداول توسط الكوكب (leg.: الكواكب) المحركة لاول سنة ١٠٩٠ عربية لخ على اصول الغ بيك تحرير رضوان افندى، . Fol. 94. r. in superiore parte columnae primae recensentur signa coelestia (البروج الشمالية والبروج الجنوبية), et subjiciuntur notulae nonnullae astronomicae, quae ad ipsum librum non videntur pertinere.

Codicem in Oriente comparatum Hauniam miserunt Niebuhrius ejusque in itinere comites; vid. J. D. Michaelis liter. Briefwechsel, T. II. pag. 79. n. 8.

LXXXIX.

(N. 35. in 4to; olim N. 47. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 26., char. Neschî satis bene scriptus, bene conservatus. Continet is *tabulas astronomico-chronologicas* cum tractatu introductorio, quibus in praefatione hunc titulum fecit auctor: بغية النفس فى حل الشمس. Librarius vero fol. 2. r. inscripsit titulum hoc modo: هذه نسخة (leg. نتيجة) الافكار فى اعمال الليل والنهار للعلامة محمد بن محمد اللادقى تغمده الله برحمته امين تمت فراغ فى ٢٣ شوال سنه ١١٧٤. Juxta quoque adscriptum est: رسالة اللادقى. Propter quam discrepantiam in nomine libri fas erit dubitare, num vere Mu'hammed ille, fil. Mu'hammedis, Laodicenus, ejus auctor sit habendus. Fol. 2. r. praeter titulum inscriptae sunt annotationes nonnullae de longitudine urbis Qâhirae et Meccae; item de anno vulgari et intercalari; ipse vero liber incipit fol. 2. v. Indices decem capitum tractatus introductorii hi sunt: cap. I. فى ايام الاسبوع; cap. II. فى معرفة حساب الجمل وعلاماتها; cap. III. فى حساب القلم الهندى; cap. IV. فى معرفة التاريخ العربى واوايل سنيه وشهوره بالحساب; cap. V. فى معرفة التاريخ القبطى; cap. VI. فى معرفة التاريخ الرومى; cap. VII. فى معرفة مقوم الشمس; cap. VIII. فى نقل المقوم لبلد اخرى; cap. IX. فى معرفة وقت معرفة مقوم الشمس لوقت ما; cap. X. نقلان الشمس فى البروج الاثنى عشر. Absolvuntur haec omnia cum coronide fol. 10. r. Deinde sequuntur tabulae computatae ex horizonte urbis Qâhirae. Et primae quidem tabulae fol. 10. v. 11. r. inscriptum est: جدول تقويم الشمس على الرصد الجديد لطول ند نه من ساحل البحر الغربى. Fol. 11. v. Arabum anni 1169—1203. componuntur cum annis Coptorum 1473—1506. Fol. 12. r. destinatum erat tabulae, quam praetermisit librarius. Alias tabulas astronomicas exhibent foll. 12. v.—26. r.

Pertinet ad codices a Niebuhrio Hauniam missos; vid J. D. Michaelis liter. Briefwechsel, T. II. pag. 80. n. 12.

XC.

(N. 24. in fol.; olim N. 22. in fol.)

Codex in fol., foll. 75. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, bene conservatus. Continet hic codex *ephemerides anni solaris,* qui incipit a die 14to mensis Szafar a. h. 1057. (Chr. 1647.), conditas a *Mu'hammede el-Maghribi.* Fol. 1. r. in parte inferiore paginae prope marginem exteriorem transverse inscriptum est: تقويم السنة الشمسية الواجة فى ١٤ صفر العربيه حساب الفقير محمد الكتبى*) عفا عنه; omissa, ut vides, anni Arabici nota, quam e praefatione ipsoque libro deprompsimus. Praefatio incipit fol. 1. v. his verbis: الحمد لله الملك العلام العالم بما كان وما يكون من غير تعليم. Compositum esse librum Qâhirae concludere licebit ex inscriptione capitis introductorii, quod praefationem excipit, fol. 2. r. med.: الكلام على احوال مصر المحروسة صينت من الضيم والنحوسة. Sequuntur deinde fol. 3. r.: احكام طالع حضرة مولانا سلطان الاسلام ايده الله بالنصر التام; fol. 10. v.: جدول معرفة صورة طوالع البلدان والاقليم والحكم عليها باقوال الحكما المتقدمين; multaeque tabulae astronomico-chronologicae, orationi continuae intermixtae, usque ad medium fol. 75. v., ubi adjicitur clausula: حساب العبد الفقير الى الله تعالى شيخ محمد المغربى الحنفى عامله الله بلطفه الخفى.

XCI.

(N. 36. in 4to; olim N. 77. in 4to.)

Commentarius uberior, quo carmen suum *astrologicum* instruxit *Abû 'Abd allâh Mu'hammed bin Sa'îd es-Sûsî,* in fol., foll. 76. chartae laevigatae, char. Neschi, sed Africana manu, eleganter magis quam accurate scriptus, bene conservatus. Auctoris nomen, quod dedimus, legitur fol. 1. v. in limine libri. Praefationis initium hoc est: الحمد لله الذى منّ علينا

---

*) Ita legendum videtur hoc cognomen, in ipso codice non distincte scriptum.

ببسارة علم اوقات اللّيل (sic) والنهار. Plenius exhibet ea nomen auctoris, fol. 2. r. lin. 5. 6.: محمد بن سعيد بن محمد بن يحيى بن احمد بن داوود بن ابى بكر ابن يعزى السوسى المرغتى; quocum consentit Krafftius, die Handschriften der orient. Akad. zu Wien, p. 138. n. CCCXLV., nisi quod alterum cognomen effert: el-Merghischi. Ab ejusdem viri docti sententia in nomine quoque poematis efferendo recedimus, hoc commentario illustrati, legentes: المُقنِع فى علم ابى مُقرِع. Incipit commentarius fol. 2. v. lin. 3., absolvitur fol. 75. v., ubi in fine paginae nomen demum commentario imponit auctor: وسميت هذا الشرح الممتّع فى شرح المقنع ومعناه انه يتمتّع اذا نظرت فيه مسايل من العلم وينتجك. Est igitur idem liber, quem descripsit Krafftius l. l. Commentarii brevioris, cui nomen المطلع على مسايل المقنع, notitiam supra dedimus sub N. LVI, 5. — Quae sequuntur fol. 76. r. et v., ad ipsum librum non pertinent; post precationem absolutae operae adjectam, ut videtur, a librario adduntur notulae nonnullae de variis ponderibus, de Romanorum mensibus cet., litterarum denique Syriacarum delineatio rudis.

CODICES DE GEOGRAPHIA ET HISTORIA NATURALI IN UNIVERSUM.

XCII.

(N. 25. in fol.; olim N. 39. in fol.)

Compendium de rebus mundi mirabilibus, cui nomen: تحفة الالباب ونخبة الاعجاب i. e. Donum cordibus oblatum et res mirabiles selectae, auctore *Abû 'Abd allâh Mu'hammed bin 'Abd er-Ra'hîm bin Suleimân bin Abî -rrebî' el-Qaisî el-Andalusî el-Gharnâtî*; fol., foll. 30. chartae Europaeae, char. Africano recentiore manu satis bene scriptum. Praefatio incipit fol. 1. v.; capitum index hic est: Fol. 2. v. cap. I.: فى صفة الدنيا وسكانها من انسها وجنها; fol. 5. r. cap. II.: فى صفة عجايب البلدان وغرايب البنيان; fol. 18. r. cap. III.: فى صفة البحار وعجايب حيواناتها وما يخرج منها من العنبر والقار وما فى جزائرها من انواع النفط والنار; fol. 23. v. cap. IV.: فى صفة الحفاير والقبور وما ضمت من العظام ليوم النشور. In fine codicis, fol. 29. r., librarius auctorem hunc librum conscripsisse narrat a. h. 420. (Chr. 1029.); sed id manifesto nititur errore, cum ipse profiteatur fol. 21. r. lin. 9., se in Aegypto versatum esse a. h. 512. (Chr. 1118.) Conf. praeterea 'Hâg'î Chalfa, vol. II. pag. 222. et Herbelot s. v. Tohfat alalbab u nokhbat alaagiab.*) — Exaratus est codex noster a. h. 1187. (Chr. 1773.), mense ربيع النبع. Foll. 29. v. 30. nihil habent scripti.

XCIII.

(N. 37. in 4to; olim N. 11. in 4to.)

Compendium geographiae et historiae naturalis notissimum, cui nomen: خريدة العجائب وفريدة الغرائب i. e. Margarita rerum mirabilium et unio rerum memoria dignarum; in 4to, foll. 213. chartae laevigatae, char. Neschi non male scriptum. Titulus libro praefixus, fol. 1. r., nomen auctoris hoc modo tradit: *Sirâg' ed-dîn Abû 'Hafsz 'Omar bin Muzhaffar b. Mu'hammed b. 'Omar Abî -lfewâris Ibn el-Werdi el-Quraschî el-Bekrî.* Incipit praefatio fol. 1. v.; absolvitur liber fol. 213. r. Scriptus est mense Ramadhân a. h. 1031. (Chr. 1622.); librarii nomen منصور العطار. Conf. severum de hoc

*) In Catal. Bibl. Goth. n. 304. corrigendum est الالباب pro الاحباب.

libro 'Hâg'î Chalfae judicium, vol. III. pag. 132. sq. Vid. praeterea Wüstenfeld, Literatur der Erdbeschreibung bei den Arabern, in diario: Zeitschrift für vergleichende Erdkunde, herausgeg. von J. G. Lüdde, vol. I. pag. 55. sq.

XCIV.

(N. 26. in fol.; olim N. 40. in fol.)

Ejusdem libri apographum alterum, fol., foll. 90. chartae Europaeae, char. Africano recentiore manu, eademque, ut videtur, qua codex noster XCII., satis bene scriptum. Praemittitur codici, fol. 2. r., notitia brevis, char. Rabbinico, sed lingua Hispanica scripta, quam h. l. char. Romano reddimus: "El nombre de este libro es el diamante bueno, onde esta el globo de todo el mundo, ciudades de tierra y de la mar, islas y todas cosas del mundo todo, bien claro, cosa por cosa." Subjungitur altera notitia, codicem XCII. spectans, olim cum hoc nostro uno volumine compactum, cujus haec fere sunt verba: "Tam bien esta en el otro libro, onde dice el auctor de dijo (?) se llama essech el fekih el imam Sidi Muhamed ben Abderechim ben Suleiman el Garnadi el Kaisi; Dios lo tenga en piedad! Amen." — Praefationi fol. 2. v. superscripta sunt haec: هذه خريدة العجب (sic) فى ذكر اقاليم البلدان والبحور والجزور وغيرهم وبالله تعلى التوفيق . Clauditur liber fol. 89. v.; absoluta est scriptio mense ربيع النبع a. h. 1189. (Chr. 1775.)

XCV.

(N. 38. in 4to; olim N. 53. in 4to.)

Ejusdem libri apographum tertium, ab initio mutilum; in 4to, foll. 225. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi distincte scriptum. Incipit codex, ut nunc est, fol. 2. r., ab his verbis, quae leguntur in editione Tornbergii *) fol. ٥. lin. 7. a fine: ان الكتب الموضوعة, ita ut duo codicis folia intercidisse videantur. In fine codicis, fol. 223. v.—225. r., post poëma illud de rebus ultimis, quod librum claudere solet *), nonnulla adduntur, schahiludium spectantia, cum delineatione tabulae latruncularíae et poëmate, auctore الشريف بن البيارية, de quo vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 252. n. 5227.

*) Fragmentum libri Margarita mirabilium auctore Ibn-el-Vardi, Prooemium, Caput II. III. IV. et V. continens. Pars prior. Upsal., 1835. 8vo.

*) Conf. Fleischeri Catal. Bibl. Reg. Dresd. n. 102.

XCVI.

(N. 39. in 4to; olim N. 79. in 4to.)

Flores selecti, liber agens *de rebus mirandis in terra marique*; codex in 4to, foll. 158. **) chartae Europaeae, char. Africano satis bene scriptus. Fol. 2. r. inscriptum legitur: "Ignoti auctoris epitome de admirandis maris et terrae. Arabice, ex Africa." Sed e catalogo librorum, ex 'Hâg'î Chalfa excerpto, auctorem esse discimus *Schems ed-dînum Mu'hammed bin Abi Tâlib el-Anszâri.* Incipit libri praefatio fol. demum 11. v. et ab his quidem verbis: الحمد لله فهذا كتاب سميته نخبة الزهر فى عجائب البر والبحر يشتمل على علم هيئة الارض [و]اقاليمها وتقاسيمها واختلاف القدماء فى ذلك وعلاماتها ومعمورها من البحار المتصلة والمنفصلة والجزاير والجبال والانهار cet. Fol. 12. r.—16. r. indicatur libri divisio in novem capita et singulorum capitum in sectiones (فصول). Ipsi libro, incipienti fol. 16. r., passim additae sunt delineationes variae; interdum spatia, delineandis mappis geographicis destinata, vacua sunt relicta, ut fol. 25. v. 27. r. 32. r. et v. — Fol. 148. v. librarius negligens, vel potius fallax, a capitis septimi sectione septima saltu progreditur ad sectionem octavam capitis noni, quae est ultima libri. Fol. 151. r. adjicitur tabula mensium Arabicorum, Persicorum, Copticorum, Syriacorum aliorumque; fol. 151. v. legitur clausula finalis tantum: انتهى الكتاب المبارك بحمد الله cet. Folia, quae sequuntur, vacua sunt.

Aliud ejusdem libri exemplum recensetur in catal. Bibl. Richianæ, N. 308. (Fundgruben

**) Signata sunt codicis folia numeris 2—159.

des Orients, vol. IV. pag. 293.) Sed ibi impressum est: تحبة الدهر; mendose, ni fallimur. Ceterum catalogi ejus auctor lectorem ablegat ad Herbelotium; nobis vero non contigit reperire in Biblioth. orientali locum, ubi de scriptore nostro agatur. Suspicamur tamen ejusdem auctoris esse codicem Parisiensem illum, ex quo clar. Norberg exprompsit particulas nonnullas, de templis Solis, Lunae et Saturni apud Sabios; Lond. Goth., 1798. et 1799. 4to.

XCVII.

(N. 40. in 4to; olim N. 42. in 4to.)

Auctoris anonymi *liber de geographia et historia naturali*, cui nomen: الدر المنضود في عجايب الوجود i. e. Margaritae bene ordinatae, liber agens de rebus mirabilibus mundi; codex in 4to, foll. 125.*) chartae orientalis laevigatae, char. Neschi mediocriter scriptus, ab initio et in fine mutilus; quamobrem fol. 1. r. superscriptum est: "Fragmentum operis geographici." Ab initio tamen unum tantummodo folium deesse videtur; ipsum certe fol. 1. et folii 2. initium in praefatione versantur, quae libri nomen, quod dedimus, exhibet et divisionem in sex capita indicat. Capitum recensus hic est: cap. I. في ذكر المبدا وشان الخليقة ووصف الارض وتربيعها وما خص الله به كل جزو من اجزايها ; cap. II. في ذكر طرف مما على الارض من تسيد (leg. تشييد) البنيان وماثر العمارات في ساير البلدان وعجايب الجبال والجزاير : cap. III. في ذكر البحار وسعتها وتشعبها من اصلها ; cap. IV. في ذكر شي من عجايب انواع الحيوانات البريه والبحريه ; cap. V. في ذكر الجواهر والاحجار ; cap. VI. في ذكر طرف من عجايب الاشجار وخواصها . Subinde adjectae sunt figurae; alibi spatia reperiuntur vacua, illis delineandis destinata. Capitis sexti pars extrema desideratur, quae arbores plantasque, alphabetico ordine digestas, inde a littera ش complectebatur. Ultimum enim, quod adest, plantae nomen est شقايق النعمان.

*) Turbatus est a bibliopega foliorum ordo. Is post fol. 84. collocavit foll. 103—125.; deinde foll. 95—102.; tum foll. 87—94.; denique foll. 85. 86.

XCVIII.

(N. 41. in 4to.)

Codex Reiskianus, in 4to, cui titulus: تقويم البلدان لصاحب حماة ، "*Geographia Ismaïl Abilfedae* etc.: descripsit ex autographo ——, quod est in Bibl. Leidense, n. 57., Jo. Jac. Reiske. Mens. Sept. et Octobr. anni 1745. Leidae".*) Notitias varias inscripsit Reiskius et margini hujus tituli et duobus foliis, numeris non signatis, quae titulum praecedunt. Sequitur deinde in dorso ejus folii, cui inscriptus est titulus, "Carmen ex cod. Seebischiano in Abilfedae geographiam." Innui videtur codex Biblioth. Reg. Dresd., n. 379. signatus. Folium sequens continet additamentum ad ipsius libri pag. 80. Textum Abulfedae Arabicum exhibent paginae sequentes 263., numeris signatae. In margine passim adjiciuntur notulae et collationes librorum MSS., maxime Parisiensis. Pag. 263. legitur in margine: "absolvi d. 23. Octobr. 1745. domi meae." Post interpositas paginas albas decem et paginam unam, ex Assemani Biblioth. orientali excerpta tenentem, sequuntur primum folia novem notarum marginalium, Arabice scriptarum, ad Abulfedae geogr. tabulas IX—XXIV. XXVII. XXVIII.; deinde initium indicis in Abulfedae geographiam, quod tamen ultra vocem جكل non procedit; folia denique nonnulla, annotationes varias continentia. — De hoc codice conf. Reiskens Lebensbeschreibung pag. 152. n. 1.

XCIX. C.

(N. 42. et 43. in 4to; olim N. 3. et 4. in 4to.)

Volumina duo, in 4to, quibus continetur bona pars clarissimi *lexici geographici* معجم البلدان, auctore *Abû 'Abd allâh Jâqût bin 'Abd allâh.*

*) Vid. in Catal. Bibl. Lugd. impresso n. 1700.

Volumen prius est foll. 378. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi non pulchre quidem, sed distincte scriptum. Fol. 2. r. haec legitur inscriptio male exarata: الجز[و] الاول من معجم البلدان للا -- (?) ابى عبد الله ياقوت ابن عبد الله رومى (sic) الاصل البغدادى المنشا الحموى رحمه الله . Praefatio incipit fol. 2. v.; tractatus introductorius fol. 9. v. Dividitur is in quinque capita, quorum indicem hic subjungimus, e praefatione depromptum: cap. I. فى ذكر صورة الارض ; cap. II. فى وصف اختلافهم فى الاصطلاح على معنى الاقليم وكيفيته ; cap. III. فى ذكر واشتقاقه ودلايل القبلة فى كل ناحية ; cap. IV. الفاظ يكثر تكرار ذكرها فيه يحتاج الى معرفتها كالبريد فى بيان والفرسخ والميل والكورة وغير ذلك ; cap. V. حكم الارضين والبلاد المفتتحة فى الاسلام وحكم قسمة الفئ فى جمل من والخراج فيما فتح صلحا او عنوة ، اخبار البلدان التى لا يختص ذكرها بموضع دون موضع لتكمل فوايد هذا الكتاب ويستغنى به عن غيره فى الباب ، Lexici pars prima, continens litteram Hamza, incipit fol. 34. v.; sed abrumpitur illa fol. 200. r. in descriptione urbis Antiochiae (انطاكيه). Sequuntur deinde partes eae, quae continent litteram ذال (inde a fol. 201. v.), را (206. v.), زاى (292. r.) et سين (fol. 326. r.); haec vero abrumpitur fol. 377. v., ubi ultimo loco agitur de السقى.

Volumen posterius, eadem manu scriptum, duabus partibus constat, quarum prior est foliorum 171., posterior foll. 216. Fol. 2. r. legitur titulus: الجز[و] الثامن من معجم البلدان تاليف -- - ابى عبد الله ياقوت بن عبد الله الرومى الاصل الحموى المولى رحمة الله عليه . Fol. 2. v. incipit littera فا. Lacuna exstat fol. 21. v., ubi interrupta est lin. 9. descriptio pagi فربيط; initium vero fol. 22. r. versatur in describenda فرخشا. Fol. 57. r. sequitur littera قاف, quae absolvitur fol. 171. v. Quam partem excipere debebat كتاب الكاف; sed praeter ipsam hanc inscriptionem nihil adest. Annotavit infra b. Adlerus: "Hic deest litera ك et initium literae Mem." Adde, quod littera quoque لام omnino deest. — Alterius partis titulus, fol. 1. r., hic est: العاشر من*) كتاب معجم البلدان تاليف الاجل ياقوت cet. Fol. 1. v. sequitur pars litterae ميم, incipiens a nomine مكا; deinde litterae نون (fol. 50. v.), واو (126. r.), ها (164. r.) et يا (192. v.) integrae. Secundum subscriptionem finalem, fol. 216. r. et v., totum opus absolutum est Halebi die vicesimo mensis Szafar a. h. 621. (Chr. 1224.); sed haec ad nostrum codicem non referenda, verum ipsius auctoris sunt verba, a librario e codice, quem secutus est, huc translata. Obiit Jâqûtus a. h. 626. (Chr. 1229.)

CI.

(N. 44. in 4to.)

Codiculus chartaceus, in 4to, paginarum 20., char. Neschi manu b. P. Lemmingii scriptus, *fragmenta nonnulla de Nigritia* tenens, excerpta e codice aliquo, ut videtur, Seetzeniano. In summa enim pag. 1. supra textum Arabicum legitur: "Kahira 1808. U. J. Seetzen." Quae nostrum apographum continet, haec sunt: primum index capitum XXVIII., de terra et rebus Nigritarum agentium; capiti primo inscriptum est: الباب الاول فى ذكر من يتنسب اليه السودان ، Deinde sequuntur excerpta breviora e capitibus I. II. IV—VI. VIII. IX. XII—XIV. X. et XI.; uberiora e capp. XVI—XIX. In media pag. 20. abrumpitur codex post inscriptionem capitis XX.: الباب العشرون فى ذكر شعرائهم ومن تمثل منهم بشعر ،

CII.

(N. 45. in 4to.)

Codex chartaceus, in 4to, paginarum 55., char. Neschi manu ejusdem Lemmingii scriptus, excerpta tenens e codice Parisiensi *de geographia Africae septentrionalis.* Titulus, quem vernacula lingua libro praefixit vir doctus, hic est: "Om Nordafricas Geographie, udskrevet ved Doct. P. Lemming af N. 1635. i Pariser-

*) Addita sunt a secunda manu verba: العاشر من.

Bibliotheket. 1818—1819." Quae leguntur inde a pag. 3. usque ad finem pag. 44., respondent codicis Paris. foliis 28. v.—104. v., ubi is desinit. Initium est post Besmelam: ذكر بلاد افريقية وحدودها وِلِمَ سميت افريقية . Sequuntur deinde pag. 45—53. excerpta e codicis Paris. foliis 9. v.—28. v.; pag. 53—55. e codicis foll. 1. r.—9. v. In fine pag. 55. Danice annotatur: "Codex i folio, moggrebisk Skrivt, ilde medtaget af Tiden, Vand og Orme, etc. Uden Begyndelse og Ende. Bladetallet er 104. r. og v. Har nok hørt til Arias Montanus's Samling, efter Bindet at slutte" cet. Annotationes quoque permultae Danice scriptae, codicis Paris. lectionem spectantes, textum comitantur. In fine voluminis adjectum est folium unum, quinque lineas tenens, quae scripturam codicis illius accurate imitantur.

CIII.

(N. 46. in 4to.)

Codiculus chartaceus, in 4to, paginarum 25. praeter titulum et additamentum ad pag. 9., char. Neschi a b. Lemmingio scriptus, *descriptionem itineris per Africam septentrionalem* continens, ab homine, cujus nomen nos latet, a. h. 688. (Chr. 1289.) suscepti. Titulum praefixit Lemmingius, Danice scriptum: "En Reise fra Fes til Alexandrien, udskreven ved Doct. P. Lemming af No. 1738. i Escurial-Bibliotheket. A. 1819." Incipit pag. 1. his verbis: وهذا الرحلة بدات بتقييدها فى تلمسان --- كان سفرنا -- فى الخامس والعشرين من ذى قعدة عام ثمانية وثمانين وستماية ومبدوُ (sic) من حاحة*) صانها الله وكان طريقنا على بلاد القبلة cet. Post absolutum librum, pag. 24. med., adjicitur brevis descriptio codicis Escurialensis 1738., char. Africano scripti, unde deprompta sunt, quae praecedunt; sed non indicatur quo numero signetur ille in catalogo Casiri impresso. Pag. 25. denique habes excerpta e praefatione libri, quae tamen de auctore ejus certiores nos non faciunt. Fortasse suspicari fas est, codicem illum a Casirio describi vol. II. pag. 165. n. 1733., auctoremque esse ابو محمد العبدرى البلنسى .

*) حاحة nomen est provinciae regni Maroccani; vid. Höst Efterretninger om Marókos, pag. 67. sq. (vers. Germ. pag. 70.); Graberg von Hemsö, das Sultanat Moghrib-ul-Aksà, übers. von A. Reumont, pag. 6.

CIV.

(N. 27. in fol.; olim in Bibl. Univ. Haun. N. 12. in 4to.)

Fragmentum descriptionis Hispaniae, auctore ignoto; codex in fol., foll. 43.*) chartae Europaeae laevigatae, char. Neschi manu, ni fallimur, Michaëlis Szabbâgh scriptus. Incipit fol. 1. r. a capite primo, cujus haec est inscriptio: الباب الاول فى وصف جزيرة الاندلس وحسن هوايها واعتدال مزاجها ووفور خيراتها واستوايها واشتمالها على كثير من المحاسن واحتوايها وكرم بقعتها التى سقتها سمآ البركات بنافع انوايها وذكر بعض مآثرها المجلوة الصور وتعداد كثير مما ليها من البلدان والكور المستمدة من اضوايها . Desinit codex fol. 45. v. in fine capitis illius. Adjecta sunt folia nonnulla alba, quorum ultimo inscripsit clar. Silvestre de Sacy: "Fragmens extraits d'une Description de l'Espagne. 6 cahiers."

*) Signata sunt ea numeris 1—30. 32—40. 42—45.

CODICES DE HISTORIA ANIMALIUM.

CV. CVI.

(N. 47. et 48. in 4to; olim N. 45. et 46. in 4to.)

Ed-Demîrii de vita animalium opus majus, alphabetico ordine digestum; volumina duo, in 4to. Volumen prius est foliorum 402. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi mediocriter scriptum. Fol. 1. r. legitur titulus: الجزء الاول من حياة الحيوان الكبرى*) للشيخ الدميرى رحمه الله تعالى ، Post praefationem (fol. 1. v.) incipit littera Hamza (fol. 2. r.) a descriptione leonis, quem honoris causa ceteris animalibus praeponendum duxit auctor. Pergit hoc volumen usque ad finem litterae Sîn, fol. 401. v.**)

Volumen posterius, foliorum 588. chartae laevigatae, multo melius scriptum est et incipit fol. 2. v. a littera Schîn; absolvitur fol. 585. v. Docet subscriptio totum opus ab auctore Mu'hammed bin Mûsa bin 'Îsâ bin 'Alî ed-Demîrî esse absolutum mense Reg'eb a. 773. (Chr. 1372.); apographum nostrum ad finem perductum a. 1142. (Chr. 1730.) ab A'hmede fil. Abû -lcheir.

*) Vox الكبرى recentiore manu addita est, deprompta fortasse ex utriusque voluminis subscriptione finali.

**) Non deest in exemplo nostro historia Chalifarum, s. v. اوز inserta; vid. P. de Gayangos, the hist. of the Mohammedan dynasties in Spain, vol. I. pag. XXVII.

De Demîrio et utraque vitae animalium editione, majore et minore, vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 122. sq.; Wüstenfeld, Geschichte der arab. Aerzte und Naturforscher, pag. 154. sq. Conf. praeterea indicem omnium animalium, de quibus agit editio major, apud Hammerum, Wiener Jahrbb., vol. LXVI. Anzeigeblatt, pag. 35. sqq., et quae idem vir doctus annotavit in ejusdem diarii vol. C. pag. 74.

CVII.

(N. 49. in 4to.)

Codiculus chartaceus, in 4to, paginarum 16., manu b. Lemmingii scriptus. Titulus primae paginae inscriptus hic est: "1. *Liber camelorum* et 2. *Liber ovium*, auctore Adsmâi. (Om Kamelernes og Faarenes Naturhistorie.) Udskrevne af N. 1700. i Escurial-Bibliotheket ved Doctor P. Lemming. A. 1819." Pag. 3. incipit: كتاب الشاء للاصمعى ، liber ovium, auctore *Aszma'i*; clauditur is pag. 7. — Sequitur pag. 8.: كتاب الابل عن ابى سعيد عبد الملك بن قُريب الاصمعى ، liber camelorum, auctore eodem, usque ad pag. 15. Adjiciuntur pag. 16. notulae nonnullae, a Lemmingio Danice scriptae, de reliquis libris Arabicis, quos continet idem codex Escurialensis. Cf. Casiri Biblioth. vol. II. pag. 157.

CODICES DE MEDICINA.

CVIII.

(N. 24. in 8vo; olim N. 28. in 8vo.)

Libellus de sanatione prompta, auctore clarissimo medico *Abû Bekr Mu'hammed bin Zakarijjâ er-Râzî*; in 8vo, foll. 13. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi distincte scriptus. Fol. 1. r. inscriptus est titulus: كتاب برؤ (sic) ساعة للشيخ العارف بالله تعالى ابو (sic) بكر محمد بن زكريا الرازى فى علم الطب رحم الله مولفه امين ، Praefationis initium, fol. 1. v., hoc est: الحمد لله مستحق الحمد كما هو اهله والصلاة cet. Dividitur libellus in XXV. capita, quorum primum incipit fol. 2. v. lin. 7. Sed codex in fine mutilus desinit in medio capite XXIV., fol. 13. v. Cf. Wüstenfeld, Gesch. der arab. Aerzte und Naturf., pag. 43. n. 9.

CIX.

(N. 50. in 4to.)

Codex Reiskianus, in 4to, paginarum 368. Titulus paginae primae inscriptus hic est: "Liber medicus كتاب زاد المسافر فى علاج الادواء التى تعرض فى الجسد ، Zad el Mosaferi seu Ἐφόδια τοῦ ἀποδημοῦντος vel *Viaticum Peregrinantis*, auctore Abi Ĝaʿfar Ahmado, filio Ibrahimi, filii Abi Chaledi, arabice ex codice msto Seebischiano, sed eo non optimae notae, foliorum 302., descripsi. Jo. Jac. Reiske." Incipit ipse liber pag. 3., absolvitur pag. 359. Subscriptionem adjecit Reiskius, quae sequitur: "Incepi Dresdae ineunte Augusto et absolvi Lipsiae d. 11. Sept. 1747. — In his desinebat codex Seebischianus fol. 303. p. 1. A fol. 303. p. 2. incipiebat liber Arabicus كتاب عمل العطريات liber de praeparatione odoramentorum, quem nolui describere. Continuabat is ad finem usq. codicis, id est ad pag. 2. fol. 339. adeoq. implebat fere fol. 37." — Sequetur pag. 360—362. index capitum, quem cl. Seebisch codici suo adjecerat; pag. 363—368. ejusdem Seebischii notae de hoc libro ejusque versione Graeca.

De ipso auctore, quem *Ibn el-G'ezzâr* appellare solent, mortuo post a. h. 400. (Chr. 10$\frac{0}{1}\frac{9}{0}$.), atque de ejus libro vid. Wüstenfeld, Gesch. der arab. Aerzte und Naturf., pag. 60. sq.; 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 528. Conf. Fleischer Catal. codd. Bibl. Reg. Dresd. n. 209. Reiskens Lebensbeschr. pag. 158.

CX.

(N. 51. in 4to; olim N. 48. in 4to.)

Clarissimi medici *Davidis Antiocheni liber memorialis cordatorum et collectio mirandorum*, 4to, foll. 443. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi distincte scriptus, ab initio paululum laesus. Praefationis initium, fol. 2. v.: سبحانك مبدع مواد الكاينات بلا مثال سبق ، . Nomen, quod libro imponit auctor, hoc est: تذكرة اولى الالباب والجامع للعجب العجاب ، . Dividitur in introductionem, quattuor cap-ta et coronidem; sed caput quartum, singulos morbos ordine alphabetico persequens, in hoc nostro codice, ut in aliis plerisque, ultra litteram ط non procedit: reliqua desunt. Incipit introductio fol. 3. v.; cap. I. fol. 8. r.; cap. II. fol. 17. r.; cap. III. fol. 31. r.; cap. IV. fol. 306. v. Absolvitur quod adest fol. 442. v. Vid. de hoc libro ejusque mutilatione 'Hâg'î Chalfa, vol. II. pag. 260. sq. Cf. Wüstenfeld, l. l. pag. 158.

CXI.

(N. 52. in 4to; olim N. 64. in 4to.)

Auctoris anonymi *tractatus de re medica*, qui vocatur *Quaestiones Schihâbicae*, 4to, foll. 78. chartae laevigatae, char. Neschi bene scriptus. Initium praefationis, fol. 1. v.: الحمد لله الذى خلق المخلوقات بقدرته وعلم الانسان ما لم يعلم بحكمته ، . Narrat auctor, hunc tractatum, cui nomen: رسالة المسايل الشّبابية (sic) فى الصناعة الطّبيّة ، , compositum esse in gratiam bibliothecae domini Schihâb ed-dîn A'hmed bin 'Îsâ, Halebi dynastae; indeque procul dubio libri nomen repetendum est. Dividitur in octoginta capi'a, quorum index habetur fol. 1. v.—3. v. Absolvitur caput ultimum fol. 78. r.; additur subscriptio: تم كتاب مسايل الرسالة الشبابية (sic) فى علم الصناعة الطبية ، cet. Scriptum est apographum nostrum a. h. 1095. (Chr. 1684.) mense Rebî' priore.

CXII.

(N. 28. in fol.; olim N. 20. in fol.)

Ibn G'azlae liber pharmacologicus clarissimus, cui nomen: منهاج البيان فيما يستعمله الانسان ، i. e. Via regia explicationis, liber agens de iis, quibus uti solet homo; in fol., foll. 307. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi magno bene scriptus. Libri titulum exhibet fol. 1. r., sed subjungitur, quod ad rem non pertinet: وهو ايضًا من مفردات ابن البيطار نفع الله به امين امين ،

— Auctoris nomen in codice nostro non deprehendimus, notatur vero in altero, quod sequitur, ejusdem libri apographo. Integrum nomen, de quo dissentiunt viri docti, videtur fuisse: ابو على يحيى بن عيسى ابن جزلة. Vid. Wüstenfeld, Gesch. der arab. Aerzte und Naturf., pag. 84. sq. Conf. Silvestre de Sacy, chrestom. Arabe, 2e édit., vol. I. pag. 268. sq. — Praefationis initium idem est, quod ex 'Hâg'î Chalfa dedit de Sacy. Recensus medicamentorum alphabeticus incipit fol. 15. v., absolvitur fol. 307. r., ubi adjicitur subscriptio finalis; scriptionis annus non indicatur. Folia 1—20. et ultimae tres paginae alia manu scripta sunt, atque reliqua libri pars.

CXIII.

(N. 53. in 4to; olim N. 63. in 8vo.)

Ejusdem libri apographum alterum, in 4to, foll. 340. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptum. Fol. 1. r. inscriptus est titulus: كتاب منهاج البيان*) لابن جزله (sic) فى الطب**). Supra quae scriptum est char. Africano: منهاج البيان صناعة الطبيب الفاضل يحيى بن جزلة (sic). Praefatio incipit fol. 1. v.; recensus medicamentorum fol. 20. r.; absolvitur liber fol. 339. v. Subscriptio docet, scriptum esse hoc apographum in usum Mu'hammedis cujusdam, fil. Chalîli, a librario عمر بن احمد الدمسيسى, et ad finem perductum mense Schawwâl a. h. 1039. (Chr. 1630.) Fol. 340. annotata sunt nonnulla, e scriptis Râzii excerpta.

CXIV.

(N. 54. in 4to; olim N. 70. in 4to.)

Tabulae pharmacologicae, auctore, si librario fides habenda, *Ibn el-Beitâr;* codex in 4to, foll. 116. chartae laevigatae, char. Neschi distincte scriptus. Titulus inscriptus est fol. 2. r.: كتاب الطب لرئيس الحكما للشيخ الفاضل بن البيطار نفعنا الله بعلومه وبركاته امين. Praefatione hic liber caret; sequuntur enim inde a fol. 2. v. tabulae, quibus medicamentorum ratio et usus breviter exponuntur. Varii, quos quaeque tabula persequitur, tituli hi sunt: النوع، الماعية، الادوية، منفعة فى اعضاء الراس، القوة، المزاج، الاختيار، منفعة فى، منفعة فى اعضا الغدا، منفعة فى الات النفس، كمية ما يستعمل منه، كيفية استعماله، جميع البدن، عدد الادوية، بدله، اصلاحه، مضرته. Disponuntur varia medicamenta secundum ordinem alphabeticum, qui vocatur ابجد. Primum, de quo agitur, est اترج; ultimum غالية, fol. 115. r. Pauca in fine desiderantur. Dispositione et tota ratione abhorrent hae tabulae a majore illo Ibn el-Beitâri opere, quod vocatur: جامع مفردات الادوية والاغذية, ideoque nobis quidem veri simile non videtur, utrumque librum ejusdem esse scriptoris.

CXV.

(N. 55. in 4to; olim N. 38. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 79. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi distincte scriptus, usu aliquantum tritus. Continet is:

1. Librum, qui vocatur: الدرة المنتخبة فى الادوية المجربة, i. e. *Margarita selecta*, liber agens *de medicamentis probatis*, laudatum ab 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag 211. sq., et *Naszro*, fil. Naszri, auctori adscriptum. Ab ejus tamen sententia recedit is, qui codicem nostrum scripsit eique fol. 1. r. hunc titulum praefixit: كتاب الادوية (الدرة leg.) المنتخبة فى الادوية المجربة والصناعات المستعربة (المستغربة leg.) والاعمال الحسنه المقربه (sic) تاليف القاضى العالم العلامه الورع الزاهد ابى بكر محمد ابى بكر الفارسى رحمه الله cet.*) Praefationis initium, fol. 1. v., idem est, quod dedit 'Hâg'î Chalfa;

---

*) Reposuit secunda manus التبيان; antea scriptum erat: الدكان.

**) Verba فى الطب a secunda manu addita.

*) Corrigendum videtur: ابى بكر بن محمد بن ابى بكر. Infra hunc titulum annotatum est: "Ex bibliotheca Erici Rosencrantz."

librum vero composuit auctor jussus a Davide, fil. el-Melik el-Muzhaffar, fil. el-Melik el-Manszûr; atque sic corrigendus est 'Hâg'î Chalfae textus impressus. Dividitur quidem hic liber in duodecim capita; sed abrumpitur in codice nostro, fol. 46. v., in medio capite XI. — Sequuntur deinde:

II. *Excerpta e variis libris, de re medica* maxime agentibus, fol. 47. r.—69. v. Et primum quidem fol. 47. r.—55. v. ex anonymo libro leguntur capita nonnulla, quorum hi sunt tituli: باب منافع — ;باب فى طرد الهوام والحشرات ، — ;باب منافع القنفد ، — ;باب منافع الحمار ، — ;البقر ، باب منافع — ;باب منافع التمساح ، — ;منافع الثعلب ، الوعل ،. Haec alia excipiunt, ex alio libro, ut videtur, deprompta, fol. 55. v. extr.—66. v. Singulis sectionibus praefiguntur inscriptiones hujusmodi: دوا لوجع — ;دوا لوجع الاسنان ، دوا — ;دوا للشعره ، — ;دوا للحصبه ، — ;الاضراس ، لضعف المعده ، cet. Interpositis excerptis nonnullis, quae medicinam non spectant, subjungitur denique indicatio remediorum variorum, non eadem manu scripta et pessime exarata, fol. 68. r.—69. v. — Adjicitur in fine codicis:

III. *Tractatus de compositione medicamentorum*, auctore, si librario fides habenda, *Schems ed-dîno Mu'hammede.* Hunc enim titulum libello praefixit, fol. 70. r.: خواص من الاقرابادينا ومنافع غير واحد للشيخ شمس الدين محمد شيخ الطوايف رحمه الله ، cet. Initium libri, fol. 70. v., hoc est: القول فى عمل الاشربة واللعوقات والربوبات وفنون العمل فى الاشربة ،. Absolvitur fol. 79. v.

CODICES DE HISTORIA.

CXVI.

(N. 25. in 8vo.)

Codex Reiskianus. in 8vo. paginarum 419. Titulum inscripsit Reiskius pag. I: كتاب المعارف فى اخبار العرب وانسابهم تأليف ابى محمد عبد الله بن مسلم بن قتيبة رحمه الله تعالى "*Ibn Cotaibah Notitiae et origines* virorum apud Arabes aut rebus gestis aut eruditione illustrium per tria ferme prima Hegrae saecula. Descripsi ex codice quondam Warneriano, nunc Bibliothecae Leidensis n. 782., sed eo pessimae notae. Joann. Jacob Reiske. Leidae mense Octobr. et Nov. 1745." Praemittuntur titulo folia duo, variis notitiis impleta; alias continet pag. 2. Ipsum Ibn Quteibae apographum incipit pag. 3. Sub finem pag. 8. annotavit Reiskius: "Transsilii hic a pag. 9. usq. ad p. 47. de prophetis;" similiterque sub finem pag. 408.: "Transibo reliqua de regibus Himjaritis, quia jam alibi habeo." In fine codicis denique, pag. 419., leguntur haec: "Hic sequebatur caput de regibus Persarum, quod, quia alias habeo, neglexi. Sic, si hoc caput exceperis. et caput de regibus Homeritarum, et caput in initio libri, de prophetis et sanctis veteris Testamenti, totum habeo كتاب المعارف Ibn Coteibae in his paginis, verbulo non multatum. Q.F.F.S. — Absolvi d. 22. Nov. 1745. Leidae." Adjicitur etiam librarii subscriptio finalis, qualis in codice Lugdunensi legitur. — Conf. de hoc libro Catal. Biblioth. Lugd. n. 1773. Reiskii Prodidagmata, in calce libri: Abulfedae tab. Syriae, ed. J. B. Köhler; pag. 231. Reiskens Lebensbeschr., pag. 165. n. 37. Hamakeri specimen catal. codicum Bibl. Lugd., pag. 1. sqq. Mölleri Catal. Bibl. Goth. n. 316. Catal. Bibl. clar. de Hammer, Wiener Jahrbb. vol. LXVIII. Anzeigebl. pag. 51. sq.

Ex hoc apographo Reiskiano Eichhornius in libro, qui inscribitur: Monumenta antiquiss. hist. Arabum, edidit genealogias Arabum (p. 61—148. Eichh.), historiam regum Gassaniorum (p. 150—171.) et historiam regum Hirae (p. 178—203.); de quibus conf. Schnurreri Biblioth. Arab. pag. 160. sq. Aliam ejusdem apographi particulam (cod. nostri p. 297—303.) edidit J. L. Rasmussen in additamentis ad hist. Arabum ante Islamismum, p. ٧٨—٨٣.

CXVII.

(N. 56. in 4to.)

Ejusdem libri apographum alterum, in 4to, quod e Reiskiano accurate descripsit Joh. Bernh. Köhler, partim, ut annotavit in ipso titulo, pag. 1., Lipsiae a. 1763. mense Aprili, maximam vero partem, a pag. 100., Lubecae mensibus Augusto et Septembre a. 1780. Praemittuntur titulo eaedem notitiae, quas suo apographo praefixerat Reiskius; ipse liber continetur paginis 3—319., ubi in fine legitur: "Absolvi ipse Lubecae d. 6. Octobr. 1780."

CXVIII.

(N. 57. in 4to.)

Codex Reiskianus, in 4to, historici maxime argumenti. Continet enim:

I. *Excerpta e Mas'ûdii pratis aureis*, et capita quidem I—VIII. X. et XI. integra, capitum vero XII—XIV. partes; quae paginas occupant 104., notis passim auctas. Praecedit etiam Index in Mas'ûdium foliorum 16. De hac codicis parte conf. Reiskii Prodidagmata, pag. 235.; de cod. Lugdunensi n. 1730., quo videtur usus esse Reiskius, vid. Hamakeri Specimen Catal. Bibl. Lugd. pag. 46. Conf. praeterea quae annotavit Guil. Cureton in Catal. Codd. Orientt. Musei Brit. parte II. pag. 142. Sequuntur:

II. *Excerpta de rebus medicis*, foll. 12. Pag. 1. in superiore parte marginis haec leguntur: في الطب النبوى "Collectanea medica Levini Warneri." Constant ea capitibus duobus, in sectiones LIX. divisis; sed multa in fine omittuntur, neque de auctore libri nobis constat. Multi enim sunt de medicina prophetica scriptores, ut videre licet apud 'Hâg'î Chalfam, vol. IV. pag. 131. sq., et in Catal. Bibl. Lugd. impresso liber ille, quem exscripsit Reiskius, non videtur recenseri. Excerpta de medicina prophetae alia excipiunt de simplicibus cet. Annotavit Reiskius in fine, fol. 12. r.: "d. 21. April. 1746."

III. Claudunt volumen *Excerpta e libro:* طبقات الشافعية i. e. *Classes Schâfi'itarum*, auctore *Tâg' ed-dîn 'Abd el-Wahhâb Ibn es-Subkî*, quae Reiskius descripsit e cod. Lugdunensi duorum voluminum, n. 1860. catalogi impressi; vid. ejus Prodidagmata, pag. 237. Conf. praeter 'Hâg'î Chalfam, vol. IV. pag. 139—143., Hamakeri specimen catal. Bibl. Lugd. pag. 173. not. 605.

Reiskius excerptis suis inscripsit: "Particula exigua ex as-Sabakeo. Obiit anno 755;" sed erravit vir doctissimus et in efferendo hujus scriptoris nomine, et in indicando mortis anno. Diem enim obiit Ibn es-Subkî a. h. 771. (Chr. 13$\frac{69}{70}$.); anno vero 756., aut fortasse 755., pater ejus; vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. I. pag. 143. n. 19. F. Wüstenfeld, die Academien der Araber, pag. 40. sq. Post titulum sequitur in apographo nostro Reiskiano Index "auctorum, quos citat as-Sabakensis," nomina 47 enumerans. Deinde in foliorum 38. parte anteriore scripta sunt excerpta e primo volumine operis Ibn es-Subkii; pars posterior versioni adjiciendae fortasse erat destinata. Post interposita nonnulla folia alba incipiunt excerpta e tomo secundo, sed ultra tertiam paginam non continuantur. — Ceterum de hoc codice nostro vid. Reiskens Lebensbeschr., pag. 160. n. 16.

CXIX.

(N. 26. in 8vo.)

Codex Reiskianus, in 8vo, cui hunc titulum praefixit Reiskius: كتاب فيه تاريخ الامم تأليف حمزة بن الحسن الاصبهانى "Hamzah Ispahanensis Rationarium Temporum, quo successiones regum Persarum, Romanorum, Graecorum, Judaeorum, Aegyptiorum, Lachmitarum, Gassanidarum, Kenditarum, Koreischitarum, Chorasanicorum etc. traduntur; e codice msto Bibliothecae Leidensis n. 767. legati Warneriani descripsit Jo. Jacob Reiske." Infra scriptum est: "Codex pro principe quodam videbatur scriptus fuisse, tam grandi, pulchro et magnifico charactere erat exaratus. Modo aeque bene et accurate fuisset scriptus, quam pulchre fuit. Multum etiam ab aqua et putredine passus erat;" et e regione tituli vir doctissimus annotavit: "Hunc librum is demum recte intelliget, qui Persice callet. Mihi in multis obscurus ideo est, quod non calleo." — Non tamen integrum hic habes illius libri apographum, sed excerpta tantum, quae paginas implent 157. Adsunt post praefationem capitis primi pars maxima, secundi pars exigua; capita VI. VII. et IX. integra; decimi partes. Conf. Reiskii Prodidagmata, pag. 230. sq. In fine libri legitur: "Absolvi Leidae d. 14. Septembr. 1745." Adjicitur "Index in Ibn Hamzah Ispahanensem"; sic enim per errorem scripsit Reiskius. Ceterum vid. Reiskens Lebensbeschr. pag. 165. n. 41.

Ex apographo Reiskiano capita VI. VII. IX. et decimi sectiones I. et II. publici juris fecit J. L. Rasmussen in libro, qui inscribitur: Historia praecipuorum Arabum regnorum ante Islamismum. Haun., 1817. 4to. Integrum librum e codd. Lugdunensi et Habichtiano edidit I. M. E. Gottwaldt. Petrop. et Lips., 1844. 8vo.

CXX.

(N. 27. in 8vo.)

Codex Reiskianus, in 8vo, continens:

I. *Excerpta e* clarissimo libro مراة الزمان, auctore *Schems ed-din Abû -lmuzhaffar Jûsuf bin Qara 'Ali sibt G'emâl ed-dîn Abî -lfereg' ibn el-G'auzî.* Reiskius inscripsit pag. 1.: "Excerpta ex libro Abil Muthaffari Jusef el Gjuzi مراة الزمان seu *Speculum Temporum* dicto, spectantia historiam Muhammedis maxime. Ex codice Leidense Warneriano n 973. (Catalogi p. 480. n. 1750.)" Haec excerpta paginas tenent 3—81.; vid. Reiskii Prodidagmata, pag. 234. Conf. praeterea Mölleri Catal. Bibl. Goth. n. 239. Curetoni Catal. Codd. Orientt. Musei Brit., P. II. pag. 145. — Adjiciuntur recensus scriptorum, ab auctore libri laudatorum, et "Index in الجوزى".

II. Posteriorem codicis partem occupat *apographum partis lexici geographici*, auctore *ez-Zamachscharî.* Titulum inscripsit Reiskius pag. 1.: كتاب الجبال والامكنة (sic) والمياه تصنيف الشيخ الامام ابى اسحق*) القاسم محمد بن عمر الزمخشرى رحمه الله، Postmodum addidit: "Est liber non magni momenti aut usus. Habui a cl. Abraham Gronovio." Incipit textus Arabicus pag. 3.; abrumpitur pag. 51., ubi agitur de شاجب. De hoc libro vid. Hamakeri Specimen catal. Bibl. Lugd., pag. 113. sqq. Wüstenfeld, Literatur der Erdbeschr. bei den Arabern, in diario: Zeitschrift für vergl. Erdkunde. Vol. I. pag. 40. — Praecedunt apographum Reiskianum et recensus auctorum vel poetarum, quos citat Zamachscharius, et index geographicus. — Codicis nostri fit mentio in libro: Reiskens Lebensbeschr. pag. 165. n. 35.

CXXI.

(N. 29. in fol.; olim N. 8. in fol.)

Compendium historiae dynastiarum, auctore *Gregorio*, filio Aharonis, Primate Orientis, quem Arabes vocant *Abû -lfereg'*; fol., foll. 169. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptum. Folio, numero non signato, quod codici praemittitur, inscriptum est: تاريخ مختصر

*) Super vocem اسحق Reiskius scripsit: "delendum".

الدول. Fol. 1. v. incipit ab ipsis praefationis verbis primis: الحمد الله (leg. لله) الاول بلا بدايه، Clauditur liber fol. 169. r., ubi habes subscriptionem librarii, حسين بن حسن القسطموني بلاد (leg. بلدا) الرومی محتدا (sic) المقيم بدار الغربة والحيرة والكربه بمنزل المولى حسن افندى، qui operam absolvit mense G'umâdâ priore a. h. 1074. (Chr. 1663.), eodem anno, quo prodiit Pocockiana hujus libri editio. In margine ejusdem paginae alia manu adscripta est brevis notitia vitae Gregorii, cui haec praemittuntur verba: وجد فى بعض النسخ من هذا الكتاب بخط الشيخ الامام خاتمة الحفاظ قاضى القضاة شمس الدين بن خلكان ما صورته، . Quibuscum comparanda sunt quae de codice suo narrat Pocockius in praefatione, pag. 2. sq., et quae contra eum monuit J. S. Assemanus in Bibl. orient. vol. II. pag. 266. not. Pocockium, quae in codice repererat, fideliter retulisse, jam quidem certum est; sed num jure notitia illa de vita Gregorii tribuatur Ibn Challikâno valde dubium esse videtur. Is enim mortem obiit a. h. 681. (Chr. 1282.), Gregorius vero librum suum ad finem non perduxit ante a. 683.; unde concludere licebit annotationem illam biographorum Arabicorum clarissimo temere adscribi. — Ceterum de Gregorio vid. Assemani Bibl. orient. vol. II. cap. XLII., ubi de historia nostra dynastiarum maxime agitur pag. 309—311.

Hunc codicem Qâhirae emit b. von Haven; vid. J. D. Michaelis liter. Briefwechsel, Th. II. pag. 43. n. 31.

CXXII.

(N. 58. in 4to)

Codex Reiskianus, in 4to, continens Reiskii apographum ejus partis *Annalium Abulfedae*, quae versatur in *historia Islamismi*. Paginae 1. superscriptum est: "Abilfedae Annales Moslemici"; quae verba excipit textus Arabicus, qualem ex hoc ipso apographo *) edidit b. Adlerus. Occupat is paginas 1029.; in fine legitur: "absolvi d. 29. Maji 1749." Adjiciuntur notae marginales, criticae maxime et ab Adlero partim e codicis nostri appendice huc translatae, cui Reiskius inscripsit: "J. J. R. Notae Criticae ad textum Arabicum Abilfedae". — Conf. de hoc codice Reiskens Lebensbeschr. pag. 152. sq. n. 4.*) et Adleri praefatio in Annales Muslemicos.

*) Dissecta sunt codicis folia in commodiorem typographi usum.

CXXIII.

(N. 30. in fol.; olim in Bibl. Univ. Haun. N. 9. in fol.)

Codex in fol., foll. 33. chartae Europaeae laevigatae, char. Neschi manu, ni fallimur, Michaëlis Szabbâgh scriptus, continens *Excerpta e Prolegomenis historicis Ibn Chaldûni.* Praemittuntur folia duo, numeris non signata, quorum alteri inscripsit b. Silvestre de Sacy: "Extraits des Prolégomènes historiques d'Ebn Khaldoun. 4 cahiers. fol." Textus Arabicus incipit fol. 1. v. ab ipso praefationis initio: بسم الله الخ، يقول العبد الفقير الى الله عبد الرحمن بن محمد بن خلدون الحضرمى وفقه الله تعالى، الحمد لله الذى له العزة والجبروت وبيده الملك والملكوت، cet. Fol. 3. r. incipit tractatus introductorius: المقدمة فى فضل علم التاريخ; fol. 11. v. liber primus: فى طبيعة العمران cet. Hujus libri sectio prima (الفصل الاول فى العمران البشرى على الجملة،), sex مقدمات complectens, maximam codicis partem occupat, usque ad finem fol. 30.**) Quae sequuntur fol. 31. 32. tres exhibent sectiones (فصول), quae pertinent ad ejusdem libri primi sectionem (majorem) quintam ***). —

*) Alterum ejusdem libri apographum Reiskianum, anno 1745. scriptum, cujus mentio fit ibidem, n. 3., Adlero concesserat Ill. Suhmius et jam asservatur in Bibliotheca Univ. Kiliensis. — Reiskii Notae philologicae, Index Arabicus et versio Latina adsunt in Bibl. Reg.

**) Respondent haec iis, quae apud clar. de Hammer (Journ. Asiatique, Tom. I. 1822. pag. 270.) sunt partis primae libri primi capita sex.

***) Apud Hammerum (l. l. pag. 276.) capita 24—26. libri quinti.

Conf. clar. de Hammer in Wiener Jahrbb. vol. LXVIII. Anzeigebl. pag. 39. sq. Catal. Codd. Orientt. Musei Brit. Pars II. pag. 144. sq.

CXXIV.

(N. 31. in fol; olim N. 23. in fol.)

Notissimum *Ibn Schi'hnae opus historicum*, in fol., foll. 154. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptum. Fol. 1. r. legitur titulus: كتاب روضة المناظر فى علم الاوايل والاواخر تاليف الشيخ الامام العالم العلامة ابو (sic) الوليد محمد بن الشحنة الحنفى cet. In limine praefationis, fol. 1. v., auctoris nomini praemittitur titulus honorificus محب الدين; quocum consentire videntur codices Parisiensis 617., Vindobonensis (apud Krafftium, Handschriften der orient. Akad., n. CCXLIII.) et Hammeri (Wiener Jahrbb. vol. LXVIII. Anzeigebl. pag. 52. sq.); apud 'Hâg'î Chalfam vero vol. III. pag. 491. sq., ipse vocatur زين الدين, filius autem ejus محب الدين; idemque pro روضة المناظر habet روض المناظر. De divisione libri vid. quae recte docuerunt 'Hâg'î Chalfa et Herbelotius s. v. Schohnah, a quibus recedens doctissimus Krafftius verendum ne inciderit in errorem. — Secundum subscriptionem finalem, fol. 154. v., absolutus est codex noster die Veneris, 12mo mensis G'umâdâ posterioris a. 833. (Chr. 1430.), h. e. duodevicesimo post mortem auctoris anno*); scriptus برسم العبد الفقير -- زين الدين خضر بن شرف الدين موسى المستوفى بالمملكة الحموية بدولة ملك الامرا جلبان الاسنى**) ووالده كان لطف الله به cet. — De hoc libro conf. quae congessit clar. Guil. Cureton in Catal. Codd. Orientt. Musei Brit. Part. II. pag. 146. sq.

Codicem nostrum Qâhirae emit b. von Haven; vid. J. D. Michaelis liter. Briefwechsel. Th. II. pag. 41. n. 23.

*) Errant Herbelotius, de Gayangos aliique, mortem ejus referentes ad a. h. 883.

**) De lectione vocabuli الاسنى certi non sumus.

CXXV.

(N. 28. in 8vo.)

Ejusdem libri apographum Reiskianum, in 8vo, char. Neschi bene scriptum, sed ita, ut libri initium sit more Europaeo ad sinistram. Praemittitur codici post folium unum, variis notitiis impletum, titulus: كتاب روضة المناظر فى علم الاوايل والاواخر للعلامة قاضى القضاة ابى الوليد محب الدين ابن محمد ابن الشحنة الحنفى الحلبى رحمه الله تعالى، "Chronicon Ibn Schechna, e Codice msto DOrvilliano descripsit Jo. Jacobus Reiske. Leidae, mense Januario 1745. Collatus cum cod. msto Bibl. Leidensis." Textus Arabicus occupat folia 1—344., ita tamen, ut in parte anteriore tantum uniuscujusque folii scriptus, pars aversa vero collationi codicis Bibl. Lugd. destinata sit. Adjicitur fol. 354—368. "Appendix seu supplementa longiora e Codice Leidense, quae suis locis commode inseri nequibant." — Conf. Reiskii Prodidagmata pag. 230. n. 3. Reiskens Lebensbeschr. pag. 165. n. 34.

CXXVI.

(N. 59. in 4to; olim N. 13. in 8vo)

Liber historiarum, cui nomen: كتاب الجمان فى مختصر اخبار الزمان، i. e. *Liber margaritarum, compendium historiarum* auctore *Schihâb ed-dîn A'hmed el-Maqarrî el-Fâsî;* in 4to, foll. 232. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus. Titulus fol. 1. r. inscriptus hic est: كتاب تاريخ الجمان فى مختصر اخبار الزمان تاليف العلامة محقق الزمان وفريد العصر والاوان مولانا الشيخ شهاب الدين المقرى*) الفاسى تغمده الله برحمته امين، Inci-

*) Sic h. l. scribitur cum duplici Râ; quod confirmat pronuntiandi modum, quem secuti sunt clarissimi viri Steph. Quatremère et J. de Hammer. Derivandum hoc cognomen, a nomine loci Arabico مقرة. Conf. tamen quae disputavit Pascualis de Gayangos, the hist. of the Mohammedan dynasties in Spain, vol. I. pag. 301. sq., a nomine Barbarico Maqra vel Maq-

piunt praefatio et sectio prima fol. 1. v.; sectio secunda fol. 71. r.; tertia fol. 138. r. Subscriptio, quae legitur fol. 232. r., docet, scriptum esse codicem nostrum manu محمد بن حاج درویش بن الشيخ فتح الله بن السباعى a. h. 1054. (Chr. 1644.) Vid. de hoc libro praeter Herbelotium s. v. Giumman et Möllerum in Catal. Bibl. Goth. n. 319., notitiam uberiorem, quam dedit Ill. Silvestre de Sacy, Notices et Extraits des Manuscrits de la Biblioth. du Roi, vol. II. pag. 124—163.*)

Codex Qâhirae emtus a b. von Haven; vid. J. D. Michaelis liter. Briefwechsel, Th. II. pag. 41. n. 22., ubi tamen perperam clarissimo scriptori historiae Nûr ed-dîni et Szalâ'h ed-dîni, Abû Schâme Damasceno, hic liber adscribitur.

CXXVII.

(N. 60. in 4to; olim N. 50. in 8vo.)

Ejusdem libri sectio prima, in 4to, foll. 118. chartae, ut videtur, Europaeae, char. Neschi recentiore et ad Africanum accedente, in regno Maroccano, ni fallimur, sed parum accurate exarata. Incipit praefatio fol. 1. v., sectio prima fol. 2. r.; clauditur eadem fol. 118. r., ubi legitur: كمل بحمد الله -- وهو المختصر (sic) ابن شقرة من الفصل (sic) الاول cet. Unde hauserit librarius nomen ابن شقرة, nobis non liquet, neque magis, quemnam significet anni mensem, adjiciens codicem esse absolutum die 27mo من بيع النبوى a. h. 1175. (Chr. 176½.)

qara deducens cognomen el-Maqrî vel *el-Maqqari*. Alii scriptorem nostrum vocant الشاطبى المغربى; vid. Mölleri Catal. Bibl. Goth. n. 319.; Hammerum in Wiener Jahrbb. vol. XCIX. pag. 19., et quae annotavit P. de Gayangos, the Hist. of the Moh. dynasties in Spain, vol. I. pag. XXIV.

*) In libri titulo ibi pro من مختصر legitur في مختصر; nomen auctoris de Sacyus pronuntiabat *Almokri*. Vixit is secundum eundem medio saeculo nono a fuga, quod verius nobis videtur, quam quod legitur in Catal. Codd. Musei Brit. Part. II. pag. 163., obiisse eum a. h. 1041. (Chr. 163½.)

CXXVIII.

(N. 61. in 4to; olim N. 9. in 8vo.)

Liber historicus, cui nomen: اخبار الدول واثار الاول, i. e. *Historia dynastiarum et monumenta rerum priorum*, auctore *Abû -l'Abbâs A'hmed bin Jûsuf bin A'hmed ed-Dimaschqî*; codex in 4to, foll. 300.*) chartae laevigatae, char. Neschi bene scriptus, optimae condicionis. Fol. 1. r. legitur titulus, notitiam hujus libri exhibens, ex 'Hâg'î Chalfa petitam; vid. edit. Flüg. vol. I. pag. 186. Tradit is e G'enâbii (الجنابي) libro excerptum esse hunc nostrum, significans sine dubio amplissimum illud opus: البحر الزخار والعيلم التيار, quod ipse recenset vol. II. pag. 18. — Praefationis initium, fol. 2. v.: الحمد لله على تصاريف العبر عند سماع التواريخ والسير، Tractatus introductorius incipit fol. 3. r.; caput I. fol. 12. r. Capitum recensum dedit J. L. Rasmussen in Annalium Islamismi praefatione pag. IV. sqq.; versionem capitum XLV—LIII. Latinam, in eodem libro pag. 61—134. Capitis ultimi sectio ultima (fol. 240. r.—299. r.) compendium lexici geographici continet. Secundum epilogum auctoris (fol. 299. r. v.) ad finem perductus est hic liber primo die mensis Mu'harrem a. h. 1008.**) (Chr. 1599.) Exemplum nostrum absolutum est mense Schawwâl a. 1169. (Chr. 1756.), et a b. von Haven Qâhirae emtum; vid. J. D. Michaelis lit. Briefwechsel, Th. II. pag. 40. n. 15. — Ex his, quae diximus, corrigendus ex parte Herbelotius s. v. Akhbar al doval u athar al oval et s. v. Damaschk. Conf. praeterea Mölleri Catal. Bibl.

*) Signata sunt ea numeris 1—9. 9b. 10—299.

**) Eundem annum exhibent codices Bodlejanus n. 771. et Musei Brit. n. 284., similiterque 'Hâg'î Chalfa auctorem tradit hunc librum composuisse a. 1007., mortuum esse a. 1009. Sed cum liber ipse referat res gestas a. h. 1018., errorem subesse suspicamur, ita ut pro 1008. (1007.) scribendum sit 1018. (1017.), quod habet Rasmussen, et pro 1009. similiter 1019., quod dedit Cureton.

Goth. n. 318. Cureton in Catal. Codd. Orientt. Musei Brit. Part. II. pag. 147.

CXXIX.

(N. 62. in 4to.)

Codex Reiskianus, in 4to, *Excerpta historica* continens *e Nuweirii Encyclopaedia Arabica*, cujus notitiam uberiorem dedit Reiskius in Prodidagmatis, pag. 232. sqq. Titulus libro a Reiskio praefixus hic est: "Caput quartum sectionis quartae tomi quinti magni operis نهاية الارب في فنون الادب *Nuweirii*, agens *de rebus gestis Arabum ante Muhammedem*. Descripsi Lugduni Batavorum mense Julio anni 1741." Attamen plus continet codex, quam quod promittit inscriptio. Adsunt enim et caput IV. et V., quod utrumque ipse Reiskius a se exscriptum profitetur in conspectu Encyclopaediae Nuweirii, l. l. pag. 234. Textus Arabicus occupat paginas 106. Incipit cap. V. (في ايام العرب) pag. 35. — Adjiciuntur "Index in Nuveirii Historiam Arabiae" et notitiae nonnullae, Reiskii manu scriptae.

Capitis quarti eam partem, quae agit de ruptura catarrhactae Marebensis publici juris fecit Reiskius in libro, quem edidit de Arabum Epocha vetustissima Sail ol arem. Lips., 1748. 4to. — Idem capitis quinti partem Latine vertit et inseruit libro suo, qui inscribitur: "Primae lineae historiae regnorum Arabicorum", qui in Bibliotheca nostra asservatur, manu auctoris scriptus.*) Eam versionem in usum suum convertit J. L. Rasmussen in conscribendo libro de historia praecipuorum Arabum regnorum ante Islamismum, pag. 81—100., ut ipse professus est in praefat. pag. V. sq.

*) Errat enim doctissimus F. Wüstenfeld, qui hunc librum ex apographo Gottingensi nuper edidit, autumans in Biblioth. Regia non ipsum librum inveniri, sed collectanea tantum, quibus in componendo illo usus sit Reiskius. Est idem omnino liber, quem hic habemus, et quem edidit Wüstenfeldus; sed qualis erat, Reiskius eum edere nolebat.

CXXX. CXXXI.

(N. 32. et 33. in fol.; olim in Bibl. Univ. Haun. n. 1. et 2. in fol.)

Opus historicum, *de vita* maxime *Mu'hammedis Prophetae* agens, adjecta tamen brevi de successoribus ejus narratione, auctore *'Husein bin Mu'hammed b. el-'Hasan ed-Dijârbekri*; volumina duo, in fol. Volumen prius foliorum est 257. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi satis bene scriptum. Fol. 1. r. legitur: المجلد الاول من الخميس في احوال نفس نفيس للدياربكري ، Praefationis initium fol. 1. v.: الحمد لله الذي خلق نور نبيه قبل كل اوايل ، . De divisione libri vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 177.*) Subsistit volumen prius fol. 257. v. in fine capitis tertii partis tertiae (الموطن الثالث من الركن الثالث), i. e. in fine anni tertii a fuga Mu'hammedis; incipit ab anno quarto volumen secundum, quod est foliorum 357., alia manu, minus eleganter, sed magis distincte scriptum. In fine fol. 357. v. legitur subscriptio: انتهى الى هنا تاليف شيخنا مولانا حسين الدياربكري الحنفي نزيل بلد الله الحرام — وهو الجزء الثاني من سير النبي صلعم واسمه كتاب الخميس ، — Conf. de hoc libro doctissimus Weil, in praefatione libri: Mohammed der Prophet, sein Leben und seine Lehre, pag. X. sqq.

*) 'Hâg'î Chalfa in libri titulo pro نفس نفيس habet: النفس النفيس, contra codicum, ut videtur, omnium auctoritatem. Idem pro الخميس alios pronuntiare tradit الخميس, quod ipsum Möllerus dedit in Catal. Bibl. Goth. e codice 279. — Auctorem librum suum absolvisse contendit H. Chalfa a. h. 940. (Chr. 1534.), mortuum esse circa a. 966. (Chr. 155 8/9.); quod si verum est, succinctae successorum Prophetae historiae pars extrema, quae usque ad mortem Sultâni 'U*ϑ*mânici Selîmi II., a. h. 982. (Chr. 1574.), pertinet, ut ipse H. Chalfa commemorat, ab alio scriptore adjecta est; conf. O. de Platen in praefatione libri: Geschichte der Tödtung des Chalifen Omar, (Berl., 1837. 8vo.) pag. IX. — Exstat opus nostrum in Bibl. Reg. Paris. n. 635.; pars extrema videtur contineri in cod. Goth. n. 326. Corruptus est titulus apud P. de Gayangos, the Hist. of the Moh. dynasties in Spain, vol. I. pag. XXIV.

CXXXII.

(N. 34. in fol.; olim N. 15. in fol.)

Ejusdem operis volumen prius, in fol., foll. 373. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi optime scriptum. Fol. 1. r. legitur: تاريخ الخميسى الذى اشتريته من تركة اسماعيل بيك فى --*)، . Infra possessoris alicujus nomen inscriptum est, similiterque fol. 2. r. Praefatio incipit fol. 2. v., omisso tamen initio, cujus partem dedimus e codice praecedente, ita ut h. l. prima verba sint: اما بعد فيقول -- حسين بن محمد الخ . Desinit codex fol. 373. v. in medio capite quinto partis tertiae, quod enarrat res gestas a. h. 5. Ultima codicis verba haec sunt: مروياتها فى الكتب المتداوله سبعة احاديث منها فى البخارى حديث وفى مسلم حديثان والباقيه فى سائر الكتب، . Subscriptae erant lineae nonnullae, nunc erasae, quarum loco aliam subscriptionem adjecit eadem manus, qua docemur exaratum esse codicem nostrum mense Ramadhân a. h. 1009. (Chr. 1601.) ab على بن عمر العاملى بلدا الصحراوى وطنا الشافعى مذهبا ،

CXXXIII.

(N. 35. in fol.; olim N. 12. in fol.)

Pars historiae Islamismi, auctore *eδ-Δehebî;* codex in fol., foll. 262. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi magno et distincto scriptus. Hujus operis amplissimi, duodecim volumina complectentis, quod in enarrandis virorum Islamismi illustrium vitis versatur, haec est, ut non dubitamus, pars prima. Integrum libri nomen exhibere videtur inscriptio fol. 1. r.: الجزو الـ--**) من تحفة الانام فى تاريخ الاسلام ، ; infra alia manu annotatum est: للعلامه الذهبى نفعنا الله به، . Vulgo tamen hic liber vocatur vel تاريخ الاسلام vel تاريخ الذهبى. — Quod in ejusdem paginae superiore parte ad sinistram legitur: الجزو الاول, id non totius operis partem primam indicare debet, sed quinternionem primum, cujus tamen maxima pars interiit, superest exterior tantum, codicis, ut nunc est, fol. 1. et 2., octo foliis interpositis olim separata, cum quibus ipsum libri initium periit. Folio tamen 1. v. alia manu, mediocriter exercitata, postmodum praefationis pars suppleta est. Incipit ea ab his verbis: الحمد لله الغنى الشكور القوى الصبور، . Sed finis paginae non cohaeret cum iis quae sequuntur fol. 2. r., ad vitam 'Omari Chalifae pertinentibus. Fol. 3. primum est quinternionis secundi (الجزو الثانى). Fol. 6. r. sequitur vita 'Uϑmâni Chalifae, quam excipiunt fol. 12. v.: حُذَيْفة ابن اليمان; fol. 13. v.: الزبير ابن العوّام; 16. v.: طلحة ابن عبيد الله; 20. r.: سَلْمان الفارسى; 25. v.: أُوَيْس ابن عامر, et sic porro. Ultimae, quae hoc volumine continentur, vitae sunt: fol. 256. r.: ابو الوليد عبد الملك بن مروان ابن الحكم ابن ابى العاص ابن اميه, et fol. 261. v.: ابو عثمان ابو العباس الاموى النهدى البصرى. Fol. 262. r. finis voluminis notatur his verbis: تم الجزو من*) تاريخ الاسلام ، . Absolvit codicem nostrum librarius عبد الرحمن بن ياسين البابلى بلدا الشافعى مذهبا الـ--**) وطنا ، mense Scha'bân a. h. 998. (Chr. 1590.)

Auctoris nomen integrum est: شمس الدين ابو عبد الله محمد بن احمد بن عثمان بن قايماز التركمانى الفارقى الدمشقى***) المعروف بالذهبى ، ; natus est a. h. 673. (Chr. $127\frac{4}{5}$), mortuus a. 748. (Chr. $134\frac{7}{8}$.) Vitam ejus ex Ibn Schuhbae طبقات الشافعية edidit Ferd. Wüstenfeld in libri Classium virorum, qui Korani et traditionum cognitione excelluerunt, Part. II. in dorso tituli; alteram, a scriptore anonymo concinnatam, in ejusdem libri Part. III. pag. 68. sq. Conf. praeterea 'Hâg'î Chalfa, vol. II. pag. 131. sq. et quae congessit Guil. Cureton in Catal. codd. Musei Brit. Part. II. pag. 171., ubi tamen mortis annus videtur corrigendus.

---

*) Non contigit eruere quae proxime sequuntur.

**) Deletus est numerus, qui h. l. scriptus erat, ut falleretur emtor libri mutili.

*) Erasa sunt quae antea scripta erant, ubi nunc leguntur verba: تم الجزو من.

**) Non liquet quid h. l. scriptum sit.

***) Apud 'Hâg'î Chalfam legitur المصرى.

CXXXIV.

(N. 36. in fol.; olim N. 2. in fol)

Ibn Challikâni de vitis virorum illustrium opus clarissimum, in fol., foll. 442. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi distincte scriptum. Praemittitur codici fol. 1. r.—6. r. index alphabeticus virorum, quorum vitae sequuntur. Titulus, fol. 6. r. inscriptus, hic est: كتاب وَفَيّات الاعيان وأَنْبَاء أَبْنَاء الزمان تاليف الشيخ — قاضى القضاة شمس الدين ابى العباس احمد بن محمد بن ابراهيم بن ابى بكر بن خلّكان الشافعى رحمه الله تعالى ، . Praefatio incipit fol. 6. v., littera Hamza fol. 7. r. Singula virorum illustrium nomina in margine quoque notantur, passimque notae adjiciuntur. Folia 174. et 175. supplementa duo continent, non eadem manu scripta, ad vitam Wezîri ابو الحسن على — بن فرات (apud Tydemanum, in conspectu operis Ibn Chalicani, n. 498.), fol. 173. v. Folia 389—395., quae non sunt compacta, supplementum exhibent ad fol. 397., ubi agitur de vita clarissimi ابو يوسف يعقوب بن الليث الصّفار*). Scripta sunt haec eadem manu, qua fol. 175. Folio 396. nihil est inscriptum. In fine fol. 441. r. notatur, apographum nostrum absolutum esse mense Scha'bân a. h. 1018. (Chr. 16$\frac{09}{10}$.), manu يحيى بن احمد بن محمد العريف الانبارى اصلا الحلى مولدا ومنشا. Adjecit deinde, fol. 441. r.—442. v., eadem manus, quae exaravit foll. 175. et 389—395., vitam Ibn Challikâni. — A dispositione editionis, quam curavit Ill. Mac Guckin de Slane, codex noster haud raro recedit; finem voluminis primi ejus editionis habes in codicis fol. 242. r. lin. 9. a fine. Aliam editionem paravit cl. Wüstenfeld Goettingensis, qui idem de fontibus Ibn Challikâni docte disputavit in diario: Göttinger gelehrte Anzeigen, a. 1837. St. 110—115. Conf. praeterea de Hammer in Wiener Jahrbb., vol. LXXII. Anzeigebl. pag. 1. sqq.; Cureton in Catal. Codd. Musei Brit. Part. II. pag. 172. sqq.

Codex Qâhirae emtus a b. von Haven; vid. J. D. Michaelis liter. Briefwechsel, Th. II. pag. 39. n. 7.

*) Sic recte, ut nobis quidem videtur, in margine hoc cognomen notatur vocali Fat'h.

CXXXV.

(N. 37. in fol.; olim N. 32. in fol.)

Compendium historiae Chalifarum, auctore *Abû Mu'hammed Isma'il bin 'Ali bin Isma'îl el-Chutabi*; in fol., foll. 58. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi antiquo haud male exaratum. In ligaturae parte interiore scriptum est: "Compendium historiae Calipharum, Auctore Abi Mohamed Ismaël Ebn Ali Ismael *Il Chutbi* *) seu Praedicatore." Fol. 1. r. legitur titulus, recentiore manu exaratus: تاليف ابى محمد اسمعيل بن على ابن, et infra: سيد محمد ابن سيد احمد ابن سيد بكدش (sic) الزنبيلى**) رحمه الله ، Et priora quidem verba auctoris nomen indicant, decurtatum ex inscriptionibus, singulis libri partibus praefixis; posteriora vero nomen ejus, qui codicis archetypum exaravit, truncatum et corruptum exhibent. Inscriptio partis primae fol. 2. r. haec est: الجز[ء] الاول من كتاب مختصر تاريخ الخلفاء تاليف ابى محمد اسمعيل بن على بن اسمعيل الخطبى ، ; quibus deinde subjunguntur haec verba: روايه ابى القسم عبيد الله بن عثمن بن يحيى بن حنيقا (leg.: جُنيقا) عنه روايه ابى الحسين محمد بن احمد بن محمد بن على الابنوسى عنه روايه ابى غالب احمد بن الحسن بن احمد بن عبد الله بن البنا عنه روايه ابى العز عبد المغيث بن زهير بن زهير الحربى عنه ، ; et infra alia manu negligenter scripta: قرأه على نحو سماع على الشيخ ابى غالب احمد بن الحسن البنا الشيخ الكليل العالم ابو محمد ابرهيم بن الشيخ الكليل الفقيه ابى الحسن على بن

*) Legendum est *el-Chutabi*; vid. librum Lubb el-lubâb, ed. Veth, s. v. Et sic quoque scriptum est codicis fol. 19. r. in inscriptione partis secundae, et fol. 58. v. in testimonio adjecto.

**) Ita scriptum esse videtur; sed fortasse legendum est: الزنبيدى.

محمد بن المبارك بن بكروس بلّغه الله محابه وكتب عبد
المغيث بن زهير بن زهير عفا الله عنه قرا الكتاب جميعه
واجزت له ان يروى عنى جميع ما يجوز روايته من ساير
العلوم وما اجاز لى اساخى (استاذى؟) على الشرط المعروف
بين اهل العلم فى ذلك الحمد لله وصلوته على سيدنا محمد
واله ابدا والكتاب من نسخته اربعه اجزا وهى من الاصل جزان ،
Inscriptiones similes praefixae sunt reliquis libri partibus, fol. 19. r. 36. r. 52. r. In his tamen series doctorum, qui discipulis suis hanc historiam tradiderunt, augetur nomine Ibrahîmi b. 'Alî b. Mu'hammed b. el-Mubârek b. A'hmed b. Bekrûs, cujus manu codicis nostri archetypum scriptum erat, ut e subscriptionibus singulis libri partibus adjectis elucet. De consilio, quod secutus est in scribendo hoc compendio, auctor el-Chuṭabî in praefatione fol. 2. v. profitetur haec:
هذا كتاب مختصر من كتاب الخلفا وتاريخ اوقاتهم ومُددهم
واعمارهم وانسابهم وصفاتهم مجرّدا دون سيرهم واخبارهم
واعوانهم فانّ ذلك فى الكتاب الكبير مرسوما واسقطته هاهنا
ليقرب متناوله ويسهل حفظه وقد ذكرت فى اخره ولاة
العهود الذين لم يلوا الامر ومن يجرى مجراهم ممّن رشح
الامر ولم يبلغه ، . Divisus erat hic liber in archetypo in duas partes, in codice vero nostro complectitur partes quattuor, quarum prima, fol. 2. v. — 18. r., procedit a nativitate Prophetae usque ad Chalifam 'Abd el-Melik b. Merwân; secunda, fol. 19. v.—35. r, ab el-Welîd b. 'Abd el-Melik usque ad Chalifam el-Mu'tamid 'alâ-llâh. Pars tertia continet historiam Chalifarum ab el-Mu'tadhid billâh usque ad a. h. 339., regnante Chalifa el-Muṭî' lillâh, fol. 36. v.—41. v., et caput de ولاة العهود, quod promiserat praefatio, fol. 41. v.—51. r. Et hoc quidem caput in archetypo primum fuerat partis secundae. Pars quarta denique, fol. 52. v.—58. r., uno constat capite, cui inscribitur: باب
ذكر من ظهر من الطالبيّين وبويع له بالخلافة فى دولة
العباسيين ،

Scriptum erat archetypum Ibrahîmi b. 'Alî mensibus Schawwâl et Δû -lqa'de a. h. 580. (Chr. 1185.) eidemque adjuncta erant testimonia varia de collationibus cum aliis libri exemplis institutis, partim a. h. 582. et 648. scripta, et in codice nostro accurate reddita.

CXXXVI.

(N. 63. in 4to; olim N. 22. in 4to.)

Historia Chalifarum, auctore *G'elâl ed-din 'Abd er-Ra'hmân bin Abî Bekr es-Sujûṭî;* codex in 4to, foll. 323. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus. Fol. 2. r. librarius inscripsit libri titulum: كتاب تاريخ الخلفا
تصنيف الشيخ -- جلال الدين ابى الفضل عبد الرحمن
ابن الشيخ -- كمال الدين السيُوطى الشافعى -- ، .
Praefatio incipit fol. 2. v.: بسم الخ ، اما بعد حمد
الله الذى وعد فوفى واوعد فعفى ، . Sequitur introductio in historiam Chalifarum, ubi agitur de successione, ab ipso Propheta non constituta; de Imâmis e gente Qureischidarum, eorumque Chalifatu; de dictis Prophetae gentes Umajjadarum et 'Abbâsidarum spectantibus; de pallio Prophetae cet. Deinde fol. 16. v.—317. r. Chalifarum historiam persequitur auctor ab Abû Bekro usque ad Chalifam el-Mutewekkil 'alâ-llâh, mortuum a. h. 903. Subjunguntur indicatio fontium, e quibus plurima hausit*), carmen auctoris de historia Chalifarum et compendium historiae Umajjadarum in Hispania, 'Ubeididarum, dynastiae 'Alidicae Ṭabâṭabâ et dynastiae Ṭaberistanensis. Post adjectam annotationem bonae frugis (فائدة) absolvitur liber fol. 322. r., scriptus mense Δû -lqa'de a. 1015. (Chr. 1607.) Addita est fol. 322. v. 323. r., alia manu exarata, de Sulṭâno 'Uϑmânico Selîm Schâh notitia discipuli Sujûṭii nostri, cui nomen
جَرامَرْد الناصرى الحنفى ،

Vitam Sujûṭii, ab ipso conscriptam, publici juris fecit Alb. Meursinge in Prolegomenis ad

*) Hunc fontium indicem Hammerus dedit in Catal. Codd. Biblioth. Ambros. (Bibliot. Italiana Tom. 94.) pag. 37. sq.

Sojutii librum de interpretibus Korani, Lugd. Bat. 1839. 4o., pag. 4. sqq. Praeterea de hoc libro conf. 'Hâg'î Chalfa, vol. II. pag. 128.; Cureton in Catal. Codd. Orientt. Musei Brit. Part. II. pag. 151. sq.

CXXXVII.

(N. 64. in 4to; olim N. 93. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 145. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi optime scriptus, continens *narrationem expugnationis Mesopotamiae, Armeniae et regni Persici,* aliarumque rerum, regnantibus Chalifis 'Omar et 'Uϑmân a Muhammedanis gestarum, quam vetustissimo scriptori *el-Wâqidi* adscribere solent Orientis eruditi. Idem fit in codice nostro, ubi non solum in folio, numero non signato, quod ipsi libro praemittitur, annotatum est: فتوحات عراق للواقدى ، verum etiam in limine libri, fol. 1. v., post Besmelam legitur: قال الواقدى رحمه الله حدثنا يونس بن عبد الاعلى قراءة عليه بجامع الرملة سنة ثمانية وعشرين من الهجرة*) قال cet. Hujus codicis pars haud exigua, fol. 1. v.—66. r., Germanice prodiit Hamburgi, a. 1847., et prior quidem sectio, quae versatur in enarranda expugnatione provinciae ديار ربيعة, usque ad codicis fol. 44. r., versa a viro immortali B. G. Niebuhr, C. F.; altera de expugnatione provinciae ديار بكر, usque ad fol. 66. r., opera editoris doctissimi A. D. Mordtmann, Hamburgensis. Is quoque notitiam codicis uberiorem et indicem eorum, quae continet, praefationi inseruit, pag. IX. sq. Ultima codicis verba, fol. 145. r. et v. haec sunt: وفى تلك السنة قتل عثمان بن عفان رضى الله عنه وتم الفتوح بحمد الله ومنه الخ ،

*) Insigni errore el-Wâqidi h. l. dicitur usus esse magistro Jûnus bin 'Abd el-A'lâ a. h. 28. Jûnus enim ille, ipso Wâqidio junior, mortuo circa a. 207., natus est a. h. 170., diem obiit supremum a. 264. Adde, quod oppidum er-Remle sub finem demum saeculi post fugam primi conditum est.

Arabice e cod. Goettingensi particulam narrationis de expugnatione Mesopotamiae, codicis nostri foliis 1. v.—16. r. respondentem, edidit clar. G. H. A. Ewald, Gott., 1827. 4o. Conf. praeterea de Wâqidio librisque, qui sub ejus nomine feruntur, Hamakerum in praefatione libri, cui titulus: Incerti auctoris liber de expugnatione Memphidis et Alexandriae, vulgo adscriptus Abou Abdallae Mohammedi Omari filio, Wakidaeo, Medinensi. Lugd. Bat., 1825. 4o.; Curetonum in Catal. Codd. Orientt. Musei Brit. Part. II. pag. 148. sqq.*)

Codex noster Qâhirae emtus est a b. von Haven; vid. J. D. Michaelis lit. Briefwechsel, Th. II. pag. 42. n. 29. (30.)

CXXXVIII.

(N. 65. in 4to; olim N. 12a. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 118. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus. Continet is *narrationem de expugnatione oppidi Behnesa et superioris Aegypti,* cujus auctor esse dicitur *Abû 'Abd allâh Mu'hammed el-Muqri* **). Titulus libro praefixus fol. 1. r. hic est: كتاب فتوح بهنسا وما وقع للصحابة مع البطلوس لابى عبد الله محمد المقرى غفر الله له — ، Initium libri, fol. 1. v., post Besmelam: قال صاحب الحديث فى فضايل البهنسا ذكر بعض المفسرين ان الله سبحانه ذكرها فى كتابه العزيز ، cet. Subscriptio finalis legitur fol. 117. r. atque docet scriptum esse hoc apographum a. h. 1106. (Chr. 169$\frac{4}{5}$.) Adjicitur fol. 117. v. 118. r. carmen, cui inscri-

*) Eadem, quae codex noster complectitur, in codico Musei Brit. 287. reperiri videntur inde a fol. 49. v. usque ad finem codicis, et in cod. 302. extremis verbis atque codicibus 303—305.

**) Sic enim vulgo pronuntiant; num recte, dubitare fas est. Ill. Cureton in Catal. Musei Brit. dedit: al-Maccari; eos tamen homines omnes, qui vocantur المقرى, ab eodem Africae oppidulo originem ducere, quod nomine Barbarico appellari dicitur Maqqara, vix veri simile videtur.

bitur: ، استغفار ابى مدين رحمه الله تعالى ; in fine notatur: ، تمت تجيد.

De hoc libro conf. Hamaker in praefatione libri de expugnatione Memphidis et Alexandriae, pag. X.; Cureton in Catal. Codd. orientt. Musei Brit., Part. II. pag. 150. codd. 209—302.; Catal. Bibl. Reg. Paris. n. 814. 815.; Catal. Bibl. Goth. n. 355, 2. 405.; de Hammer in Catal. Bibl. Ambros. (Bibliot. Ital. Tom. 94.) pag. 36. sq.

Codicem nostrum Qâhirae comparavit b. von Haven; vid. J. D. Michaelis lit. Briefwechsel, Th. II. pag. 42. n. 25.*)

CXXXIX.

(N. 66. in 4to; olim N. 17. in 4to.)

Historia urbis Mekkæ, cui nomen: تحفة الكرام باخبار البلد الحرام ، i. e. Historia urbis sanctae, munus hominibus generosis oblatum, auctore *Taqijj ed-dîn Mu'hammed bin A'hmed b. 'Alî el-'Hasanî el-Fâsî el-Mekkî*; codex in 4to, foll. 172. chartae orientalis laevigatae, scriptus char. Neschi antiquo et punctis diacriticis plerumque destituto. Fol. 1. r. in superiore parte paginae annotatum est: ، تاريخ مكه; infra legitur: كتاب تحفة الكرام باخبار البلد الحرام ، تصنيف الشيخ الامام العالم العلامه ـ ـ ـ**) مفتى المسلمين(المشاهد ?) قاضى القضاة السيد الشريف تقى الدين ابى ـ ـ ـ***) محمد بن احمد ابن على الحسنى الفاسى المكى الملكى†) هكذا . ادامه الله بنفع بفوايده امين ، Subjungitur: مكتوب فى نسخه المولف بخط الحافظ ولى الدين ابى زرعه بن العراقى رحمه الله ، . — Narrat auctor in praefatione, cujus initium fol. 1. v. aliquid damni perpessum est, condidisse se amplissimum de historia urbis sanctae opus, quattuor volumina complectens, cui titulus: العقد الثمين فى تاريخ البلد الامين ، ; quod, cum nimiae molis esse videretur, ad dimidium fere ambitus se reduxisse, novoque libro nomen dedisse: تحالة القرا للراغب فى تاريخ امّ القرى ، ; e tractatu denique introductorio libri majoris ipsum hoc compendium se collegisse in modum historiae urbis Mekkæ, editae ab Imâmo Abû -l-Welîd Mu'hammed bin 'Abd allâh b. A'hmed b. Mu'hammed el-Azraqî el-Mekkî. Dividitur compendium nostrum in XXIV. capita, quorum primum incipit fol. 3. v. Subscriptio finalis, fol. 172. v., narrat librum ab auctore ad finem esse perductum a. h. 812.*) (Chr. 14$\frac{09}{10}$.), ita tamen, ut ad limandum per annum eundem atque insequentem incubuerit. Codex noster exaratus est a. 851. (Chr. 144$\frac{7}{8}$.)

Cum iis, quae e praefatione deprompsimus de origine et divisione hujus libri, non consentit 'Hâg'î Chalfa, vol. II. pag. 237. IV. pag. 55. Conturbasse videtur, quae legerat in eadem praefatione; divisionem tamen in capita XL. Casirius quoque profert e cod. Escurial. n. 1763. Veriora videntur, quae tradit 'Hâg'î Chalfa vol. IV. pag. 228. sq., s. v. العقد الثمين, nisi quod es-Sachâwium, ibi laudatum, in aestimando voluminum numero erravisse manifestum est. Vid. etiam vol. IV. pag. 184. s. v. تحالة القرى. 'Hâg'î Chalfam maxime secutus est Herbelotius s. vv. Tohfat alkeram beakhbar balad alharam et Schafa algaram fi tarikh alharam. Conf. praeterea Uri in Cat. Bibl. Bodl. n. 748. et Hamaker in specimine Catal. Bibl. Lugd. pag. 192. not. 641.

CXL.

(N. 67. in 4to; olim N. 2. in 8vo.)

Codex in 4to, foll. 226. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi optime scriptus, con-

*) Liber ille, qui codici nostro annexus esse dicitur in hoc catalogo librorum, a b. von Haven coëmtorum, nunc ab eo sejunctus, infra describetur sub N. CXLIX.

**) A tineis erosum est, quod h. l. scriptum erat.

***) Nobis non constat, quomodo legendum sit nomen, quod hic scriptum est.

†) Ita legendum videtur, sed scriptio non est perspicua.

*) Apud Casirium legitur a. 817., vol. II. pag. 172.

tinens *historiam expugnationis terrae Jemen per 'Uϑmânidas*. Praemittuntur folia duo, numeris non signata, quorum priori inscriptum est: كتاب البرق اليمانى والفتح العثمانى للقطبى ، "Historia Regni Jemen". De hoc libro vid. 'Hâg'î Chalfa vol. II. pag. 44. sq. et notitia uberior, quam dedit clar. Silvestre de Sacy (Notices et Extraits des MSS. de la Biblioth. nat. vol. IV. p. 412—521.) Et haec quidem editio prior est, Sultâno Selim II. inscripta. Auctoris nomen secundum 'Hâg'î Chalfae editionem Flügelianam et Curetonum in Catal. Codd. Orientt. Musei Brit. Part. II. pag. 158. est: *Qutb ed-dîn Mu'hammed bin A'hmed el-Mekkî;* secundum Silvestre de Sacy vero: Qutb ed-dîn Mu'hammed bin Mu'hammed el-Mekkî. Mortuum esse tradit 'Hâg'î Chalfa a. 988.*) (Chr. 1580.) Praefationis initium fol. 1. v.: الحمد لله الذى نصر الدين الحنيفى (sic) بصارم وسنان**) ، . Nomen libri in praefatione fol. 3. r. eodem modo exhibetur, ut supra dedimus; apud 'Hâg'î Chalfam et Silvestre de Sacy legitur: البرق اليمانى فى الفتح العثمانى ، . Caput primum incipit fol. 5. v. In fine, fol. 225. r., adjicitur subscriptio, quae hunc codicem absolutum esse docet mense G'umâdâ priore a. 1004. (Chr. 1596.) ab احمد بن على بن علم الدين البوصيرى بلدا الازهرى وطنا الشافعى مذهبا ، . — Subjunguntur fol. 225. v. 226. r. et v. char. Nesta'lîq et alia manu scriptae litterae ad Sultânum Selîm datae, quae in fronte gerunt haec verba: هذه صورة كتاب السيد مطهر (?) الى السلطان سليم على يد الوزير سنان ، . — Ceterum conf. Catal. Bibl. Goth. n. 246. et Rasmussen in praefatione ad Annales Islamismi pag. VIII. sq.

*) Curetonus l. l. mortem Qutb ed-dîni refert ad a. 998., et in MS. 'Hâg'î Chalfae, quod in Museo Brit. asservatur, a. 979. reperisse se annotat.

**) Significatur nomen clarissimi Sinân Pâschâ, expugnatoris terrae Jemen, qui ad scribendam hujus belli historiam Qutb ed-dînum excitavit.

CXLI.

(N. 68. in 4to; olim N. 63. in 4to.)

Historia urbis Zebîd, auctore *Weg'îh ed-dîn 'Abd er-Ra'hmân bin 'Ali*, vulgo *Ibn er-Rebî'* dicto, mortuo a. h. 944. (Chr. 153$\frac{7}{8}$.); codex in 4to, foll. 89. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi punctis diacriticis saepe destituto mediocriter exaratus. Fol. 1. r. legitur: بغية المستفيد فى اخبار مدينة زبيد للشيخ الامام العلامة الهمام حافظ اليمن وعالم اقطار سيف بن ذى يزن الفقيه عبد الرحمن الربيع (sic) تغمده الله الخ ، "Historia urbis Sabid." De hoc libro vid. 'Hâg'î Chalfa vol. II. pag. 61. E codicis nostri apographo, quod transscripserat clar. Freytag, b. C. T. Johannsen composuit librum suum, cui titulus: Historia Jemanae. Bonn., 1828. 8vo.*) Praefationis initium, fol. 1. v.: الحمد لله رب العالمين الذى علمنا ما لم نكن به عالمين ، . Caput primum incipit fol. 3. v. Subscriptio finalis, fol 87. r., absolutum esse docet codicem nostrum mense Rebî' priore a. 1063. (Chr. 1653). Subjungitur fol. 87. v. 88. r. poëma, cui inscribitur: هذه القصيدة من كلام عمرو بن العاص ، . Alia adjiciuntur, alia manu scripta, fol. 88. v.—89. v., quae non magis huc pertinent: بيان عدد جميع حديث الكتاب الجامع الصحاح من تاليف ابى عبد الله محمد بن اسمعيل البخارى رحمة الله عليه ،

CXLII.

(N. 69. in 4to; olim N. 88. in 4to.)

Historia regni 'Halebensis, cui nomen: الدر المنتخب فى تاريخ مملكة حلب ، i. e. Margaritae selectae, liber agens de historia regni 'Halebensis, auctore *Abû -l'hasan 'Ali bin Mu'hammed el-G'ibrînî*, vulgo *Ibn Chatîb en-Nâszirijje* dicto et mortuo a. h. 843. (Chr. 14$\frac{39}{40}$.); codex in 4to, foll. 178. chartae laevigatae, char. Neschi recentiore manu scriptus, aqua nonnihil laesus.

*) Incidit in errorem gravem vir doctus, hujus libri pag. 8. e codicis titulo nomen auctoris eruens, quod sic constituit: Seifolislamus ben Dsi Jezen Alfakih Abdorrahman Arrebi'.

Praefationis initium fol. 1. v.: الحمد لله القديم الازلى الرحيم الابدى مكرم الليل على النهار عبرة لاولى الابصار، Profitetur in praefatione auctor, cujus nomen in codice nostro nusquam apparet, se composuisse hunc librum tanquam appendicem ad amplissimum opus Kemâl ed-dîni Abû -lqâsim 'Omar bin A'hmed bin el-'Adîm el-'Halebî el-'Hanefî, cui titulus: بَغْية (sic) الطلب فى تاريخ حلب، quadraginta volumina comprehendens, quorum tamen unum tantum ipse viderit. Dividitur haec appendix in XXV. capita, quorum adjicimus indicem:

Cap. I. فيما جاء فى فضلها،
„ II. فى ذكر من بناها والطالع الذى بنيت فيه،
„ III. فى ذكر وجه تسميتها واشتقاقها،
„ IV. — فتحها،
„ V. — صفة عمارتها واسوارها،
„ VI. — عدد ابوابها،
„ VII. — قلعتها،
„ VIII. — القصور التى كانت تسكنها ملوكها،
„ IX. — جامعها وجامع قلعتها وما تجدد بها من الجوامع،
„ X. — المزارات التى فى باطنها وظاهرها،
„ XI. — المساجد باطنها وظاهرها،
„ XII. — ما بباطنها من الخوانق والربط،
„ XIII. — ما بباطنها من المدارس،
„ XIV. — ما بحلب من الطلسمات والخواص والمنافع،
„ XV. — ما بباطنها وظاهرها من الحمامات،
„ XVI. — قناتها ونهرها،
„ XVII. — ارتفاعها وقصباتها،
„ XVIII. — بعض ما مدحت به حلب نثرا ونظما،
„ XIX. — حدودها ومضافاتها قديما وحديثا،
„ XX. — ما اختصت به حلب من المحاسن وما اغفله ابن شداد*)،
„ XXI. — ما تجدد بها بعد ابن شداد من المساجد والمدارس،
Cap. XXII. فى ذكر بعض ما بها من الحارات والدور العظام والخطط،
„ XXIII. — الامور المختصة بها التى يوجد فيها دون غيرها،
„ XXIV. — منتزهاتها،
„ XXV. — احوال نوابها وقضاتها وارباب وظايفها فى هذا الزمان وذكر مدد الشام،

Absolvitur codex fol. 178. r., ubi legitur: وهذا اخر ما تيسر جمعه والله الموفق وبه المستعان،

De hoc libro vid. 'Hâg'î Chalfa vol. II. pag. 59. sq. n. 1877. Conf. Freytag in praefatione libri: Selecta ex historia Halebi, pag. VII. sq. XXVII. sq.; Hamaker in specimine Catal. Bibl. Lugd. pag. 237. not. 691.; Möller in Catal. Bibl. Goth. n. 276.

*) Significat Imâmum Schems ed-dîn Abû 'Abd allâh Mu'hammed bin 'Alî b. Ibrahim b. Scheddâd el-'Halebî, ejusque librum: الاعلاق الخطيره فى امراء الشام والجزيره،

CXLIII.

(N. 70. in 4to; olim N. 9. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 277. chartae laevigatae, char. Neschi bene scriptus, continens librum, cui titulus: اتحاف الاخصّا بفضائل*) المسجد الاقصى، i. e. *Virtutes templi remotissimi* (Hierosolymitani), *amicis dono oblatae.* Praemittitur folium unum, numero non signatum, cui inscriptum est: كتاب اِتحاف الأخصّآء، et alia manu exaratum: من تاليفات الامام السيوطى الشافعى. Sed teste 'Hâg'î Chalfa, vol. I. pag. 148., auctor libri est *Kemâl ed-dîn Mu'hammed bin Abî Scherîf el-Miszrî,* mortuus a. h. 906. (Chr. 150$\frac{0}{1}$.), qui eum composuit Hierosolymis a. 875. (Chr. 147$\frac{0}{1}$.) Conferre juvabit quae de auctore libri disputavit doctissimus G. Cureton in Catal. Codd. Orr. Musei Brit. Part. II. pag. 160. Praefationis initium fol. 1.v.: الحمد لله الذى جلت نعمآؤه عن الاحصا، وعلت الآؤه عن ان تعد او تحد او تقصا. Absolutum est apographum nostrum secundum subscriptionem finalem, fol. 277. r., mense Rebî' secundo a. 1087. (Chr. 1676.)

*) Ita legitur in praefatione; in aliis hujus libri exemplis est: فى فضائل.

Uberiorem hujus libri notitiam dederunt de Guignes, Notices et Extraits des MSS. de la Bibl. du Roi, vol. III. pag. 610—616. et P. Lemmingius in libro, cui titulus: Commentatio philologica, exhibens specimen libri اتحاف الاخصا, Haun., 1817. 4o., ubi ex ipso hoc codice caput nonum typis exprimi curavit.

Codex a Niebuhrio ejusque in itinere comitibus Hauniam missus a. 1761.; vid. J. D. Michaelis lit. Briefwechsel Th. II. pag. 39. n. 3., ubi tamen libri nomen misere corruptum est.

CXLIV.

(N. 71. in 4to; olim N. 36. in 8vo.)

Codex in 4to, foll. 177. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi satis bene scriptus, continens librum compositum in honorem numeri septenarii, sed historiam maxime Aegypti spectantem, cui nomen: كتاب سُكُّردان*) مولانا السلطان, i. e. *Saccharotheca Domini nostri Sultâni*, auctore *Schihâb ed-dîn Abû -l'Abbâs A'hmed bin Ja'hjâ b. Abî Bekr et-Tilimsânî*, vulgo *Ibn Abi 'Hag'ala* dicto, mortuo a. h. 776. (Chr. 137$\frac{4}{5}$.) Praemittuntur codici folia duo, numeris non signata, quorum posteriori in pagina prima inscriptus est index rerum (فهرست) in librum sequentem. Fol. 1. r. legitur libri titulus; incipit praefatio fol. 1. v. Absolvitur codex fol. 177. r., exaratus manu 'Habîb allâhi, fil. Nûr allâhi.

De hoc opere vid. 'Hâg'î Chalfa vol. III. pag. 604.; Alex. Nicoll in Catal. Bibl. Bodl. Codd. Orientt. pag. 140., ubi totius operis rationem exposuit ejusque capita recensuit; F. Wüstenfeld in diario: Zeitschrift für die vergl. Erdkunde, vol. I. pag. 57.; Cureton in Cat. Codd. Orientt. Musei Brit. Part. II. pag. 156. Conf. Catal. Bibl. Goth. n. 379—382.

*) Sequimur in scribendis vocalibus hujus vocis auctoritatem et hujus codicis fol. 1. r. et sequentis fol. 3. r.

CXLV.

(N. 72. in 4to.)

Ejusdem libri apographum alterum, in 4to. foll. 162. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi satis bene scriptum, sed madore aliquid damni perpessum et in fine mutilum. Fol. 1. v. supra praefationem recentiore manu scriptus est libri titulus: كتاب سكردان الملك; sed verior est illa nominis forma, quae legitur et in codice praecedente, et in hujus codicis praefatione. In fine, fol. 162. v., pauca desiderantur ex ultimo capite conclusionis (النتيجة).

CXLVI.

(N. 38. in fol.; olim N. 36. in fol.)

Codex in fol., foll. 23. chartae Europaeae, char. Neschi manu viri alicujus docti in Gallia scriptus. Continet is *particulam e* clarissimo *Maqrîzii opere*, quod versatur in *descriptione historica et topographica Aegypti et Qâhirae*: كتاب المواعظ والاعتبار فى ذكر الخطط والآثار, et extremam quidem libri ultimi partem, ut apparet ex iis, quae docuit Hamakerus in specimine Catal. Bibl. Lugd. pag. 199. sq. Conf. Langlès in Notices et Extraits, vol. VI. pag. 320. sqq.; Möller in Cat. Bibl. Goth. n. 253.

Fol. 1. r. incipit narratio de monasteriis Christianorum: ذكر ديارات الناصارى (leg.: النصارى); quam excipit fol. 12. v. narratio de ecclesiis Christianorum: ذكر كنايس النصارى. Ultima codicis verba sunt: وكنيسه ماربوحنا (leg.: يوحنا) بخط دير الطين. Subscriptio finalis legitur fol. 23. v.: "Finis. Copiés 20 feuillets in 4o du livre de Maqrisi cotté 3679. de la bibl. de M. J. Colbert. 6e 9bre 1696. Ve Me - - -*)". Alia manu adjicitur: "Enumeratio ecclesiarum et monasteriorum Aegypti." — Excerpta videtur haec particula e cod. biblioth. Reg. Paris. n. 801., olim Colbertino. Typis expressa legitur in libro: Macrizi's Gesch. der Copten, von F. Wüstenfeld; pag. ٣٦-٦٢.

*) Nomen, quod hic videtur scriptum esse, enucleare nobis non contigit.

CXLVII.

(N. 73. in 4to; olim N. 83. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 39. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi minuto bene scriptus. Fol. 1. r. inscriptum est: كتاب فضايل مصر، et alia manu: وفيه ترتيب المملكة المصرية، . Continet enim codex hæc:

I. Libellum *de historia Aegypti ejusque praestantia*, auctore *'Omar bin Mu'hammed bin Júsuf el-Kindî.* Profitetur ille in praefatione, fol. 1. v., se narraturum esse historiam Aegypti et expositurum, quibus virtutibus Aegyptum prae aliis terris ornaverit Deus O. M.; secuturum maxime aestimatissimos scriptores Jezîd bin Abî 'Habîb, 'Abd allâh bin Abî G'a'fer, aliosque, quos recenset.*) Breviter deinde percurrit Corani effata, Aegypti praestantiam spectantia, antiquitates, geographiam et historiam ejus terrae, cui tum temporis praefuisse Sultânum Qânszûh el-Ghaurî apparet e fol. 16. r. Regnavit is ab a. h. 906. usque ad a. 922. (Chr. 1500—1516.) Inde a fol. 17. v. scriptor persequitur descriptionem geographicam Syriae, quae Sultâno Aegypti tunc parebat, cujusque recensentur oppida centum et arces (قلاع) centum et decem, usque ad finem libri, fol. 25. r., ubi subscriptio finalis hoc apographum absolutum esse testatur primo die mensis Mu'harrem a. 973. (Chr. 1565.), manu Ibrahîmi bin G'a'fer el-Muzhafferî. — Sequitur:

II. Tractatus *de administratione regni Aegyptiaci*, qui vocatur in praefatione: هدية العبد القاصر الى الملك الناصر، i. e. Munus servi tenuis, oblatum el-Melik en-Nâsziro, auctore *'Abd esz-Szamad bin Ja'hjâ b. A'hmed b. Ja'hjâ esz-Szâli'hî.* Fol. 26. r. legitur: كتاب فيه ترتيب مصالح المملكة المصرية فيما تعتمده الملوك في مصالح المسلمين على التمام والكمال، . Praefatio, incipiens fol. 26. v., maximam partem versatur in celebranda laude principis el-Melik el-Nâszir Abû -sSe'âdât Mu'hammed et patris ejus el-Melik el-Eschref Abû -nNaszr Qâitbâj, qui Aegyptum tenuit ab a. h. 872. usque ad a. 901. (Chr. 1467—1496.), et successorem habuit filium, quindecim tum temporis annos natum, eundem, in cujus usum scriptus est hic tractatus, quinque sectionibus (فصول) constans. Sectio prima, incipiens fol. 31. r., est: في النظر في احوال الرعية، ; secúnda: في الجواب عن القصص التي تُقَدَّم الى الملك، ; tertia: في اعتبار احوال من يُفَوَّضُ اليه ولاية من الولايات وكيفية العلامة على كل ولاية بحسبها، ; quarta: في النظر في امر المساجد والجوامع والقلاع والحصون والثغور والجسور وكسوة الكعبة واصلاح طريق الحجاز وترتيب سير الحاج واقامته وما فيه مصالح المسلمين، ; quinta denique: في ضبط اموال بيت المال على اختلاف انواعها وبيان مصارفها، . — Quae omnia absolvuntur usque ad fol. 36. r., ubi subscriptio finalis docet, hunc tractatum ab auctore esse compositum mense G'umâdâ posteriore a. 930. (Chr. 1524.), apographum nostrum exaratum mense Mu'harrem a. 973. (Chr. 1565.), ab eodem Ibrahîmo, qui priorem codicis partem scripsit. Sed verum vix esse poterit, quod de tempore compositionis libri ibi traditum est; el-Melik en Nâszir enim, a. h. 901. ad summum in Aegypto imperium evectus, anno jam 904. interemtus est. Fortasse exemplar illud, quod secutus est Ibrahîmus, a. 930. erat exaratum, sed non autographum auctoris.

III. Accedunt notitiae variae, maximam partem eadem manu scriptae, qua reliqua pars codicis; ut fol. 37. r. de linguis et litteris di-

---

*) Nomen libri num vere sit: كتاب فضايل مصر، ut inscriptum est fol. 1. r., nobis non constat. Diversum certe est compendium hoc ab illo libro, quem memorat Herbelotius s. v. Amrou ben Amrou et s. v. Fadhail Mesr, et a fratre scriptoris nostri compositum esse suspicamur. Laudatur enim codicis fol. 1. v. inter scriptores, quos secutus est noster, Abû 'Amr bin Mu'hammed b. Jûsuf el-Kindî, cujus nomen ad illud, quod legitur apud Herbelotium, propius accedit, nostrique fratrem arguit. A Sujûtio tamen in codicis sequentis praefatione, fol. 1. v., auctor libri فضايل مصر etiam appellatur Ibn 'Amr el-Kindî, non Abû 'Amr.

versis, quarum fit mentio apud historicos. Linguae LXXII. distribuuntur secundum gentes a tribus Noachi filiis oriundas; filiorum Semi sunt linguae XXV., litterarum genera octo: عربي سرياني اعجمي عبراني فارسي كلداني هندى صينى ، ; filiorum 'Hami linguae XXXII., litterarum genera sex: قبطي حبشي نوبي فيقلي قوطي نبطي ، : filiorum denique Japheti linguae XV., litterarum genera (اقلام) sex: يوناني رومي ارمني افرنجي حزواني (خرواني ?) اندلسي ، . — Fol. 37. v. de prophetis Arabicis Nû'h, Szâli'h, Schu'eib, Mu'hammed, Lûṭ et Hûd. — Fol. 38. r. alia manu, ni fallimur, scripta sunt haec: قال بعض الحكما واهل التجارب ذكروا ان من اقام ببغداد سنه وجد في علمه زيادة ومن اقام بالموصل سنه وجد في نفسه وعقله زياده ومن اقام بحلب سنه وجد في نفسه شحا ومن اقام بدمشق سنه وجد في طبعه غلظا ومن اقام بمصر وجد في اخلاقه رقه وحسنا ومن اقام بحمص سنه ثم تفقد عقله وجده نقص ومن اقام بغزه وجد في نفسه ذقه ، قال بعض الحكما لا تكمل مروة الرجل حتى يكون فيه ثلاث خصال من خصال الديك وثلاثه (sic) من الغراب وثلاثه من الحمام فاما الديك فالغيرة والايثار ومعرفة الوقت واما الغراب فالتبكر في المعاش واخفاء الجماع والحذر من الناس واما الحمام فالالفة والمحبة والصبر على المصيبة ، . — Fol. 38. nihil habet scripti; fol. 39. r. catalogus mansionum lunae (منزل القمر) char. Nesta'lîq negligenter exaratus est.

CXLVIII.

(N. 74. in 4to; olim N. 54. in 4to.)

G'elâl ed-dîni es-Sujûṭi liber, qui vocatur: كتاب حسن المحاضرة في اخبار مصر والقاهرة ، i. e. *Suavitas confabulationis*, liber agens *de historia Aegypti et Qâhirae;* codex in 4to, foll. 370. chartae orientalis laevigatae, partim char. Neschi, partim char. Nesta'lîq mediocriter neque eadem, ut videtur, manu exaratus. Praefixus est titulus fol. 1. r.; praefationis initium fol. 1. v.: الحمد لله الذى فاوت *) بين العبد ، وفضل بعض خلقه على بعض حتى في الامكنة والبلاد ، . Absolutus est codex secundum subscriptionem finalem, fol. 370. r., mense Reg'eb a. 1002. (Chr. 1594.)

De hoc libro vid. 'Hâg'î Chalfa vol. III. pag. 69. Totius operis conspectum dederunt Rasmussen in praefat. ad Annales Islamismi, pag. VII. sq., et de Hammer, Wiener Jahrbb., vol. LXX. Anzeigebl. pag. 85. Conf. praeterea Möller in Catal. Bibl. Goth. n. 255.; Wüstenfeld, Zeitschrift für vergl. Erdkunde, Th. I. pag. 63. sq.; Cureton in Catal. Codd. Orr. Musei Brit. Part. II. pag. 157. Fragmenta quaedam ex hoc libro edidit C. J. Tornberg, Upsal. 1834. sq. 4to; vitam auctoris ex eodem Alb. Meursinge, in Prolegomenis ad Sojutii librum de interpretibus Korani, Lugd. Bat. 1839. 4o, pag. 4. sqq., quocum conf. G. Flügel, Sojuti's Leben und Schriften, Wiener Jahrbb. vol. LVIII—LX. Anzeigebl.

Codicem nostrum Qâhirae comparavit b. von Haven; vid. J. D. Michaelis lit. Briefwechsel Th. II. pag. 39. n. 1.

CXLIX.

(N. 75. in 4to; olim N. 12b. in 4to.)

Codex in 4to. foll. 65. chartae laevigatae, char. Neschi satis bene scriptus et eadem, ni fallimur, manu, qua cod. CXXXVIII., quocum eodem antea volumine continebatur. Fol. 1. r. legitur titulus: كتاب جواهر البحور ووقايع الامور وعجايب الدهور واخبار (leg.: في اخبار) الديار المصرية وما ورد فيها من الايات العظيمة والاحاديث الشريفة وما خصت به دون غيرها من البركه ومن الجبابرة والفراعنة وغيرهم بالتمام والكمال ام ، . De nomine libri, quod hic est: *Margaritae marium et eventus rerum et mirabilia temporum*, a codice nostro et Herbelotio s.v. Giavaher al bohour dissentit nonnihil 'Hâg'î Chalfa vol. II. pag. 641. Versatur hic liber in enarranda *historia Aegypti* antiquiore, subjuncta enumeratione Sulṭânorum recentiorum usque ad Suleimânum, fil. Selîmi, 'Uϑmânidam, qui regnum adeptus est a. h. 926. (Chr. 1520.) Adscribitur vulgo, et ab ipso quoque 'Hâg'i

*) In cod. Musei Brit. legitur فارق.

Chalfa, *Ibrâhîmo Ibn Waszîf Schâh**); num recte, dubitasse jam videtur Ill. Silvestre de Sacy, Chrestom. Arabe, 2e édit. Tom. II. pag. 237. not. 18. In codice nostro nomen quidem Ibrâhîmi saepius occurrit, sed ita ut ab ipso scriptore omnino diversus esse videatur. Exaratum est exemplar nostrum secundum subscriptionem finalem, fol. 63. r., a. h. 1104. (Chr. 169⅔.) Fol. 63. v.—65. v. nihil scriptum est. — Conf. Möller Catal. Bibl. Goth. n. 375.; de Hammer, Wiener Jahrbb. vol. LXX. Anzeigebl. pag. 87.

Codex Qâhirae emtus cum cod. CXXXVIII. a b. von Haven; vid. J. D. Michaelis lit. Briefwechsel, Th. II. pag. 42. n. 25.

CL.

(N. 76. in 4to; olim N. 8. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 242. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi mediocriter et festinanter scriptus. Continet is *partem primam libri*: جواهر السلوك فيمن ملك مصر من الملوك، i. e. *Margaritae filis junctae*, liber agens *de iis, qui regnum tenuerunt in Aegypto*, auctore nobis ignoto. Hunc, quem dedimus, titulum praefatio exhibet, quacum non concordat quod inscriptum est fol. 1. r.: كتاب تاريخ الامم واخبار ملوك العرب والعجم ويسمى بجواهر السلوك فى اخبار الناس والملوك، ; neque quod legitur in fine codicis: جواهر السلوك فى حوادث الايام والسلوك، ; sed his minus fidei habendum. Initium praefationis fol. 1. v.: الحمد لله ملك الملوك ومالك الممالك، . Auctoris nomen in praefatione exprimi debebat; legitur enim ibi: فقد قال الفقير الى ربه الغنى الاجل ––– بلدا والشافعى مذهبا والقادرى حسبا**)، ; sed ipsum nomen, quod minio sine dubio erat exarandum, omissum est. Fol. 3. v. incipit introductio (مقدمة), quinque partibus constans, quae in praefatione vocantur ابواب, in ipso vero libro اقسام, aguntque de originibus generis humani, de divisione terrae post diluvium, de dimensione terrae, de septem climatibus et climate Aegypti, de praestantia denique Aegypti rebusque maxime in ea memorandis. Ipse liber secundum praefationem dividitur in septem partes (اقسام), quæ enarrant historiam regum Aegypti e dynastiis 'Amaleqitarum, Pharaonum, Coptorum, Persarum, Graecorum, Romanorum et Muhammedanorum; et haec quidem ultima pars iterum dividitur in octo sectiones (فصول), quae agunt de Chalifis rectae fidei (الراشدين), Umajjadis, 'Abbâsidis, Fâṭimidis, de dynastiis Kurdorum, Turcarum, C̓erkesiorum et 'Uϑmânidarum (الرومية). Sed in ipso libro partes illae vocantur ابواب, neque omnino capitum dispositio concordat cum ea, quam profitetur praefatio. Primo enim capite agitur de Pharaonibus; secundo de 'Amaleqitis; caput tertium*) reges Persarum persequitur; quartum reges Graecorum; quintum Romanorum; sextum denique Chalifarum res enarrat et dynastiae Kurdorum. Perducitur historia in hac parte prima usque ad proelium ad vicum 'Haṭṭîn et expugnationem Hierosolymorum a. h. 583. (Chr. 1187.). Docet subscriptio finalis, fol. 240. r., scriptam esse hanc partem primam (الجز[و] الاول) a. h. 990. (Chr. 1582.). — Adjiciuntur varia, ad ipsum librum non pertinentia, ut fol. 240. v. de clarorum hominum proprietatibus, quae in proverbia abierunt, cum inscriptione Turcica: السنة ناسده اولان ضروب امثالدر، ; annotationes chronologicae variae; fol. 241. r.—242. v. versus Turcici, Persici, Arabici.

Codex Qâhirae emtus a b. von Haven; vid. J. D. Michaelis lit. Briefwechsel Th. II. pag. 39. n. 2.

---

*) Errant in efferendo hoc nomine Herbelotius l. l. et Catal. Bibl. Reg. Paris. n. 781.

**) Legendum erit نسبا.

*) In codice iterum vocatur caput secundum, et sic quae sequuntur capita III—V.

CLI.

(N. 77. in 4to; olim N. 13. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 66. chartae laevigatae, char. Neschi satis bene scriptus. Continet is *historiam principum Aegypti*, auctore *Mar'i*) bin Jûsuf el-Muqaddesî.* Fol. 1. r. legitur recentiore manu negligenter scriptum: كتاب نزهة الناظرين فى تاريخ من ولى مصر من الخلفا والسلاطين تصنيف يونس الحنبلى المقدسى عفى الله عنه امين ، et eadem verba repetuntur in fine codicis, fol. 65. v. Sed in limine praefationis, fol. 1. v., auctoris nomen rectius scribitur: قال العبد -- مرعى بن يوسف الحنبلى المقدسى -- الحمد لله الباقى الخ ، . Recensetur hic liber in catalogo librorum, ex 'Hâg'î Chalfa excerpto, qui servatur in Bibliotheca nostra: نزهة الناظر (leg.: الناظرين) فى تاريخ من تولى مصر بعد الصحابة الى دولة العثمانية مختصر للشيخ مرعى بن يوسف الحنبلى الفه لعزمى زاده ، . Auctor, ut ipse tradit in enarrandis rebus gestis a. 698., professor erat juris 'Hanbalitici ad templum Tûlûnicum Qâhirae. Historiam Aegypti persequitur usque ad inaugurationem Sultâni 'Uϑmânidae 'Uϑmân II., a. h. 1027. (Chr. 1618.), et ita quidem, ut eorum maxime res enarret, qui inter Aegypti principes Sultânorum titulo gaudebant.

Majorem libri partem et quae maximi momenti ei visa est, Germanice vertit J. J. Reiske et publici juris fecit in Büschingii Magazin für die neue Hist. und Geogr., vol. V. pag. 367—454. Conf. praeterea Catal. Bibl. Reg. Paris. n. 786.; Repertorium für bibl. und morgenl. Litt., vol. III. pag. 275. sqq.; Möller Cat. Bibl. Goth. n. 373.

CLII.

(N. 29. in 8vo.)

Codex Reiskianus, in 8vo, char. Neschi bene scriptus. Post folia duo, quibus notitiae variae inscriptae sunt, legitur titulus, Reiskii manu exaratus: كتاب نزهة الناظرين الخ ، "*Mor'j ben Juseph* Hambelitae, Hierosolymitani, *Historia Aegypti Principum,* sive Chaliphae illi fuerint, sive Sulthani, sive Praefecti eorum; e Codice msto Dorvilliano transscripsit Jo. Jac. Reiske." In margine annotatur: "vel Mara'i, ut habet d'Herbelot p. 554. b. cf. 667. b. p. 866. a. Fadhajel Meraï." Ipsum apographum continetur paginis 1—109., ubi in fine libri legitur: "Absolvi d. 20. Martii 1745."— Conf. quae annotavimus ad codicem praecedentem.

CLIII.

(N. 78. in 4to; olim N. 17. in 8vo.)

Codex in 4to, foll. 257. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, continens librum, cui nomen: كتاب لطايف اخبار الاول فيمن تصرف فى مصر من ارباب الدول ، i. e. *Jucunditates historiae majorum,* liber agens *de dynastiis, quae Aegyptum tenuerunt,* auctore *Mu'hammed bin 'Abd el-Mu'tî* (عبد المعطى) *b. Abî -lfat'h b. A'hmed el-Menûfî el-Is'hâqî.* Dividitur hic liber in codice nostro in partes duas, quarum utrique suus praefigitur titulus, fol. 1. r. et 146. r. Initium praefationis, fol. 1. v.: الحمد لله الملك العزيز فى ملكه واقتداره ، الذى ملك الوجود بقوته واوجده بارادته واختياره ، . Inscriptus est liber Sultâno 'Uϑmânidae Musztafâ, qui bis regnum adeptus est, a. h. 1026. (Chr. 1617.) et a. 1031. (Chr. 1622.), et res Aegypti persequitur usque ad a. 1032. (Chr. 1623.) Constat e tractatu introductorio, decem capitibus et epilogo. Pars altera codicis incipit a cap. IV. et ad finem perducta est, teste subscriptione finali, fol. 257. v., mense Szafar a. 1093. (Chr. 1682.) — Capitum indicem dederunt Rasmussen in praefatione ad Annales Islamismi, pag. VI. sq., et Krafftius, Handschriften der K. K. Akad. zu Wien, n. 257. Conf. praeterea Herbelot s. v. Lathaif; Catal. Bibl. Reg. Paris. n. 787.

Codex a Niebuhrio in Oriente comparatus.

*) Derivandum est nomen: مَرْعى a verbo رعى.

CLIV—CLVI.

(N. 79—81. in 4to; olim N. 5—7. in 4to.)

Historia clarissimorum *principum Nûr ed-dîn et Szalâ'h ed-dîn*, quae vocatur: ازهار الروضتين فى اخبار الدولتين i. e. Flores hortorum duorum, liber agens de historia duorum regnorum, auctore *Schihâb ed-dîn 'Abd er-Ra'hmân bin Isma'îl b. Ibrahîm b. 'Uϑmân b. Abî Bekr b. Ibrahîm b. Mu'hammed b. el-Muqaddesî esch-Schâfi'î*, vulgo *Abû Schâme* dicto et mortuo a. h. 665. (Chr. 126 6/7.), cum appendice; tribus voluminibus constans, in 4to. Volumen primum foliorum est 218. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi antiquo, sed festinantius scriptum, punctis diacriticis plerumque omissis, optime conservatum. Fol. 2. r. in superiore parte paginae ad sinistram inscriptum est: المجلد الاول من تاريخ الروضين (leg.: الروضتين) فى الدولتين لابى (sic) شامه. Initium praefationis, fol. 2. v., hoc est: الحمد لله الذى بلطفه تصلح الاعمال ، وبكرمه وجوده تدرك الامال. Folia 30—32. 212. 213. recentiore manu suppleta sunt. Pergit hoc volumen usque ad finem a. h. 573. Subscriptio finalis, fol. 218. v.: اخر الجزء الاول من الاصل المنقول منه الذى هو بخط المولف رحمه الله تعالى يتلوه ان شاء الله فى الجزء الثانى ثم دخلت سنة اربع وسبعين وخمس مايه قال العماد وكان شمس الدين بن المقدم من اكابر الامرآء. Additur, absolutum esse hoc volumen mense ⊿û -l'hig'g'e a. 676. (Chr. 1278.)

Volumen secundum foll. est 273., formae paulo minoris, sed eadem manu scriptum, qua volumen primum. Fol. 1. r. similis quoque inscriptio legitur, ac vol. I. fol. 2. r. Initium vero hujus voluminis, fol. 2. v., non concordat cum iis, quae promittit voluminis praecedentis subscriptio, sed incipit a sectione, agente de morte principis el-Melik esz-Szâli'h Isma'îl, fil. Nûr ed-dîni, in medio a. 577., ita ut lacuna appareat, tres amplius annos complectens. Post fol. 122. iterum lacuna est duorum foliorum. Pergit hoc volumen usque ad mortem Szalâ'h ed-dîni a. 589., subjuncta brevi narratione de rebus gestis filiorum ejus, usque ad a. 597. In fine legitur, fol. 273. r.: آخر الكتاب الخ; in margine annotatur, apographum hoc collatum esse cum autographo.

Appendicem continet volumen tertium, quod est foliorum 187., eadem fortasse manu, sed multo accuratius scriptum, quam volumina praecedentia. Fol. 1. r. legitur: ذيل تاريخ روضه ، Praefationis initium, fol. 2. v.: الحمد لله الذى انفرد بالبقاء وكتب على غيره الزوال ،. Aggreditur Abû Schâme in hoc libro enarrare res gestas inde a morte Szalâ'h ed-dîni, vel potius ab a. 591. usque ad vitae suæ terminum. Vitam quoque suam persequitur ad a. 599., quo natus est Damasci, die Veneris, vicesimo tertio mensis Rebî' posterioris. Ex hac codicis parte, fol. 27. r., genealogiam ejus supra dedimus, dubitantes tamen de vera lectione in verbis illis: "bin el-Muqaddesî." Ipse quidem tradit, atavum suum Abû Bekr Hierosolymis fuisse oriundum; sed errore fortasse irrepsit vox "bin" ante "el-Muqaddesî". Originem etiam cognominis Abû Schâme explicat; naevo erat notatus supra supercilium sinistrum. Pergit haec appendix usque ad a. 665. (Chr. 126 6/7.) Fol. 187. r. subscriptio finalis docet, absolutum esse codicem nostrum a. 728. (Chr. 1328.)

De Abû Schâmae historia Nûr ed-dîni et Szalâ'h ed-dîni vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. I. pag. 262.; Reinaud in praefatione libri: Extraits des historiens Arabes relatifs aux guerres des croisades, pag. XX. sq.; Cureton in Catal. Codd. Orr. Musei Brit. Part. II. pag. 153.; appendicis vero nostrae hi viri docti mentionem non faciunt.

Codex Qâhirae emtus a b. von Haven; vid. J. D. Michaelis lit. Briefwechsel Th. II. pag. 41. n. 19—21.

CLVII.

(N. 82. in 4to; olim in Bibl. Univ. Haun. N. 17. in 8vo.)

Codicillus quattuor foliorum chartae Europaeae laevigatae, manu Michaëlis Szabbâgh,

ni fallimur, exaratus, continens fragmentum nescimus cujus libri historici. Suspicari licet e Maqrîzii aliquo opere esse excerptum. Praemisit notitiam b. Silvestre de Sacy, quae sic se habet: "*Acte ou contrat de mariage d'Almélic alsaïd Mohammed Bérékè-khan*, fils d'Almélic aldhaher Bibars, avec la Princesse Gaziéh khatoun, fille de l'émir Seïf-eddin Kelaoun Alfi." Fol. 1. r. in limine libri scriptum est: ذكر عقد الملك السعيد على بنت الامير سيف الدين قلاوون الالفى ، Incipit deinde narratio, nuptias illas spectans: فى يوم الخميس ثانى عشر ذى الحجة من هذه السنة اجتمع القضاة والوزرآ واعيان الامرآ بين يدى الملك الظاهر ركن الدين بيبرس الصالحى بقلعة الجبل وعُقد عَقد الملك السعيد بن الملك الظاهر على الستر الرفيع غازية خاتون ابنة الامير الخ ، Contractus matrimonialis incipit fol. 1. v.; clauditur codex fol. 4. r. his verbis: ولما جرى العقد --- قرا القاضى محيى الدين بن عبد الظاهر مولف سيرة الملك الظاهر الصداق فى المجلس فخلع السلطان عليه واعطى ماية دينار والله اعلم ،

CLVIII.

(N. 83. in 4to; olim N. 23. in 4to.)

Historia Aegypti, ab 'Uϑmânidis expugnatae, cui nomen: التحفة البهية فى تملك آل عثمان الديار المصرية ، i. e. Donum splendens, liber agens de occupatione Aegypti per 'Uϑmânidas, auctore *Schems ed-dîn Mu'hammed bin Abî -ssurûr b. Mu'hammed b. Abî -ssurûr el-Bekri esz-Sziddîqî**); codex in 4to, foll. 101. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi satis bene scriptus. Fol. 1. v. legitur tabula chronologica, cui inscribitur: تواريخ پاشايان مصر محمية عن البلية والاصر عن ابتدآء فتح خاقانى كه در سنهٔ ۹۲۲ واقع شده ، Sed ea ultra a. h. 943. non progreditur; videtur vero post fol. 1. excidisse folium unum. Fol. 2. r. inscriptus est titulus, quem dedimus supra et repetit praefatio, adjecto auctoris nomine: شمس الدين محمد بن شيخ الاسلام محمد ابى السرور البكرى الصدّيقى ، ubi omissa videntur nomen patris Abû -ssurûr et vocula بن ante nomen proavi Abû -ssurûr. Initium praefationis fol. 2. v.: الحمد لله مصرف امور العالم بقدرته فى ساير الاكوان ، Dividitur totus liber in tres partes (فروع), quarum prima enarrat expugnationem Aegypti per Sultânum Selîm; secunda persequitur Beglerbegos, Aegypto praefectos, ab a. h. 923. usque ad a. 1045. (Chr. 1517—1636.); tertia recenset judices (القضاة) ejusdem temporis spatii. Subscriptio finalis, fol. 101. r., duplex est; prior: هذا اخر ما وجد من هذا الكتاب الخ ، ; altera: تمت نساخة ما كان ناقصا من هذا الكتاب ; adjecto scriptionis anno et mense, Scha'bân a. 1164. (Chr. 1751.) — Conf. de hoc scriptore F. Wüstenfeld, Zeitschrift für vergl. Erdkunde, Th. I. pag. 66.

*) Haec vera nominis forma nobis visa est; vario tamen modo ab ea recedere videmus alios. Ill. Silvestre de Sacy, ubi de hoc scriptore uberius egit, Notices et Extr. des MSS. de la Bibl. du Roi, T. I. pag. 165. sqq., pro el-Bekrî esz-Sziddîqî dedit: albakeri alsadiki, i. e. الباقرى الصادق, nescimus qua auctoritate nisus. Verum hujus libri nomen quoque ignorasse videtur vir clarissimus, substituens ei titulum: Alfotouhât alothmaniat lildiar almisriat.

CLIX.

(N. 84. in 4to; olim N. 10. in 4to.)

Historia rerum in Aegypto gestarum ab a. h. 1100. (Chr. $168\frac{8}{9}$.) usque ad a. 1152. (Chr. $17\frac{39}{40}$.), imperantibus Sultânis 'Uϑmânidis Suleimân II., A'hmed II., Musztafâ II., A'hmed III. et Ma'hmûd I., auctore *Musztafâ bin Ibrahîm*, rerum, quas narrat, magnam partem teste oculato; codex in 4to, foll. 216. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus. Hic liber inscriptione caret, sed capsula inclusus est, in qua legitur: كتاب تاريخ مصر خط ، . Praefationis initium, fol. 1. v.: الحمد لله الكريم الوهاب غافر الذنب يتوب على من تاب ، Sequuntur deinde haec: اما بعد قد سال العبد الفقير --- الحاج مصطفى ابن الحاج ابرهيم تابع المرحوم حسن اغا عزبان دمرداشى كان (sic) عن وقايع مصر القاهرة كنانة الله تعالى فى ارضه من عزلان السلطان محمد خان والسلطان سليمان خان

والسلطان احمد خان والسلطان مصطفى خان والسلطان احمد خان والسلطان محمود خان نصره الله تعالى من سنة مايه بعد الالف الى تاريخ اخر المجموع والباشاوات على الترتيب ما قد حصل فى مدتهم من الوقايع بين عسكر مصر والسناجق والاغاوات cet. Sed ad finem non perductus esse videtur hic codex, desinens fol. 216. r.

CLX.

(N. 39. in fol.; olim N. 45. et 46. in fol.*)

Codex in fol., foll. 120. chartae laevigatae, char. Africano recentiore bene scriptus. Continet *historiam regni Maroccani et urbis Fâs*, notissimam sub nomine: القرطاس الصغير, *el-Qartâs minus*, auctore *Abû -lhasan 'Alî bin 'Abd allâh bin Abî Zar'* (بن ابى زرع) *el-Fâsî*, cujus nomen legitur in limine codicis fol. 1. v.**) Praefationis initium: الحمد لله مصرف الامور بمشيته وتدبيره . Fol. 2. r. libro nomen imponitur: الانيس المطرب القرطاس فى اخبار ملوك المغرب وتاريخ مدينة فاس . A qua nominis forma vario modo recedunt cum alii scriptores, tum 'Hâg'î Chalfa, vol. I. pag. 489. Sed unice vera sunt, quae de ea re praecepit P. de Gayangos, the hist. of the Moh. dynasties in Spain, vol. II. pag. 516., hoc modo restituens libri titulum: كتاب الانيس المطرب بروض القرطاس فى اخبار الخ i. e. Socius exhilarans in horto el-Qartâs, (sito prope urbem Fâs,) liber agens de rebus gestis regum Mauritaniae et historia urbis Fâs. Incipit pars prima fol. 2. v. a dynastia Idrîsidarum, qui a. h. 172. summa rerum potiti sunt, desinit fol. 58. r. in morte principis 'Abd el-Mumin, a. h. 558. — Pars posterior incipit fol. 62. v. ab 'Abd el-Mumini filio, Abû Ja'qûb Jûsuf, et desinit fol. 118. v. in a. h. 726., imperante Abû Sa'îd 'Uϑmân bin Abî -rrebî' Suleimân Merînida.*)

Editionem hujus libri paravit C. J. Tornberg: Annales regum Mauritaniae a condito Idrisidarum imperio ad a. f. 726., ab Abul-Hassan Ali ben Abdallah ibn Abi-Zera Fesano, vel ut alii malunt, Abu Muhammed Salih ibn Abd-elhalim Granadensi conscripti. Upsal., 1843. 4to. Interpretationes ediderunt, Germanicam Franc. de Dombay: Geschichte der mauritanischen Könige cet. T. I. II. Agram, 1794. 1797. 8vo; Lusitanicam Fr. J. de Sto Antonio Moura: Historia dos Soberanos Mohametanos cet., escripta em Arabe por Abu Mohammed Assaleh.**) Lisb., 1828. 4to. Conf. C. T. Johannsen in diario: Hermes, vol. XXXV. pag. 287. sqq.; Krafft, Handschriften der K. K. Akad. in Wien, n. 253.; de Hammer, Wiener Jahrbücher, vol. LXX. pag. 2. sqq. et vol. CII. pag. 75.

Codicem nostrum comparavit b. G. Höst, teste Rasmussen in praefat. ad Annales Islamismi, pag. IX.

CLXI.

(N. 40. in fol.; olim N. 44. in fol.)

Codex in fol., foll. 66. chartae, ut videtur, Europaeae, char. Africano bene scriptus. Continet is:

I. Fol. 1—13. *Compendium historiae principum Idrisidarum* in Mauritania ab a. h. 172—375., auctore ignoto. Fol. 1. r. Hispanice, sed char. Rabbinico inscriptum est: "El nombre de este libro es onde declara todos los reynados de Fes, hijos de Sidi Muley Idris." Fol. 1. v. legitur: هذا تاليف مبارك فى ذكر الملوك الادريسية رحمهم الله امين ; quae verba excipit ipsum libri initium: اعلم ان ملوك الادريسيه اولهم

*) Duae partes, quibus constat hic liber, antea separatae, nunc uno volumine continentur.

**) Alii rectius fortasse auctorem vocant: Abû 'Abd allâh 'Alî bin Mu'hammed b. A'hmed b. 'Omar Ibn Abî Zar'.

*) Narrat 'Hâg'î Chalfa auctorem hunc librum composuisse ante a. 726.; verius est eum non esse mortuum ante hunc annum.

**) Eidem scriptori hic liber adscribitur in cod. Escur. n. 1706. Goth. n. 262. Conf. P. de Gayangos, l. l.

سيدنا ومولانا ادريس الحسنى ، . Laudatur inter scriptores, quos secutus est auctor: ابو محمد عبد الملك ابن محمود الوراق فى كتاب المقياس ، . Explicit liber fol. 13. v. — Sequitur:

II. Fol. 14—66. *Tractatus de mysterio maxime litterarum*, qui excerptus esse dicitur *ex ed-Demîrii vita animalium.* Fol. 14. r. legitur titulus: كتاب كشف رمز الحروف منقول من كتاب حياة الحيوان للامام سيدى محمد الدميرى رحمه الله ،

In margine Hispanice annotatur, sed char. Rabbinico: "Declaracion de todas las letras con que leen los moros en sus leyes de diferentes suertes, y declaro de todos los numeros, che si usan en todo el mundo. Tambien letras gechas (?), como usan en la India; tambien letras dela suerte, que gablaba Adam; tambien declaro sobre los naturales de las personas, que es (?) del fuego, de la tierra, del viento, y dela agua." Titulum excipit tractatus initium: الحمد لله الذى علم الانسان ما لم يعلم من انواع العلم والحكمة من اصل رمز الحروف المرسومة cet. Exponuntur deinde Arabum litterae XXVIII. earumque valor numericus; dividuntur in litteras igneas, terrenas, aërias et aquosas, et quae sunt nugae ejusmodi. Fol. 39. v. Indorum litteras vel potius numerorum signa apud Indos usitata explicare aggreditur, similiterque fol. 42. r. Syriacas litteras exponit (الحروف السريانية) i. e. numerorum signa, quae Syris adscribit, nobis plane ignota et quae typis reddere non possumus. Adjiciuntur tabulae, ut Arabicorum numerorum, ita et Indicorum et Syriacorum. Inde a fol. 49. r. de mensibus agitur tam Europaeorum, quam Arabum, et variis aliis interpositis, fol. denique 62. v.—66. v. astronomica nonnulla finem faciunt hujus compilationis.

CLXII.

(N. 85. in 4to; olim N. 76. in 4to.)

Fragmentum libri de historia regum Mauritaniae, qui adscribitur *Ibn Bessâmo*, in 4to, foll. 180. chartae, ni fallimur, Europaeae, char. Africano bene scriptum. Fol. 1. v. post 'Hamdalam legitur: هذا كتاب التواريخ المعروف بابن بسام فى اختبار ملوك الحضرة المراكشية وما جرا لهم فى الجهاد مع النصارى فى فتوح بلاد الاندلس وافريقية وغيرها من المداين ، . Quam inscriptionem excipit fragmenti initium: وفى هذه السنة المورخة وصل وفد اهل القيروان وثقيبا تونس وافريقية الى مدينة اشبيلية ، . Agitur h. l. de a. h. 566. et pergit codex usque ad a. 662. (Chr. 1261.) Subscriptio finalis fol. 180. v. haec est: كمل الكتاب بحمد الله وحسن عونه فى علم التاريخ من ملوك المتقدمة وما جرى لهم من الجهاد والفتوحات والقتال والجهاد وغيره (فى 21 من جماد[ى] الاول عام 1175) ،

Num recte hoc fragmentum Ibn Bessâmo adscribatur, et quisnam sit ille Ibn Bessâm, nobis non liquet. Notissimum hujus nominis historicum Abû l'hasan Alî Ibn Bessâm, quem confudit 'Hâg'î Chalfa*) cum poëta cognomine, mortuum esse constat a. h. 542. (Chr. 114$\frac{7}{8}$.)

Comparavit codicem b. G. Höst, teste Rasmussen in praefatione ad Annales Islamismi, pag. IX.

CLXIII.

(N. 86. in 4to; olim N. 90. in 4to.)

Codex in 4to, in Hispania scriptus, continens *particulam libri:* كتاب بغية الملتمس فى تاريخ رجال اهل الاندلس ، , i. e. *Desiderium petentis*, liber agens *de historia virorum illustrium Andalusiae*, auctore *A'hmed bin Ja'hjâ bin A'hmed b. 'Amîra edh-Dhabbî***), de quo libro uberius egit Casiri in Bibl. Escur. T. II. n. 1671. pag. 133—140. Duplex praemittitur titulus, prior ab ipso libro prorsus alienus et recentiore manu exaratus: "De la egira ô era de los Arabes y su Principio": posterior eadem, qua

*) Vol. I. pag. 184. n. 180. et vol. III pag. 331. n. 5799. Videtur excidisse nomen Mu'hammed post vocem بن in vol. III. l. 1.

**) Conf. Sujûtii Lubb el-lubâb, ed. Veth, pag. 165.

totus codex, manu scriptus: "Capitulo Primero del Libro intitulado: Varones de Andalucia, que escriviò en Lengua Arabe احمد بن يحيى بن احمد بن عميرة الضبي ، Ajmed Ben Jajia Ben Ajmed Ben Ahamiret el Dhabi, traducido de uno de los codices de la R.l Libreria de el Escorial por Don – – –*), Antiquario Universal y traductor de Lengua Arabe." Infra eadem manu, quae exaravit titulum priorem, annotatum est: "Para el tomo 3. de la Llave de Babel Parte 2."; quem quidem librum ejusdem antiquarii esse discimus e prooemii pag. XVI. sq. — Sequitur pag. I—XXI.: "Proemio del Traductor," فاتحة الترجمان ، . Proferuntur in hoc prooemio, Hispanice scripto, pag. VII. sq., alphabeta nonnulla Cufica et alphabetum magicum e libro quodem de amuletis, quae dicuntur, de nummis et alphabetis Arabicis, cujus auctorem vocat noster: على محمد بن على النمس الجدى بن موسى ، ; deinde pag. X. XII., duae inscriptiones Cuficae brevissimae, altera, "que copiò un erudito Antiquario de una de las ventanas del Palacio Arzobispal de Toledo", cujus explicationem proponit auctor, approbatione indignam; altera reperta in loco "Miramtel Pueblo de Alcarria", nullius momenti. Commendat in fine librum, cujus interpretationem offert, "por ser unico en el asunto y complemento del Libro de Abi Ahabd Allah Mjamed Ben Abi-Nasar el Jamidi." — Sequuntur, pag. 1—54., textus Arabicus et interpretatio Hispanica initii ejus libri, quem indicavimus, ita ut paginas ad sinistram Arabica occupent, ad dextram interpretatio. Inscriptio pag. 1.: كتاب بغية الملتمس في رجال اهل الاندلس وعلمايها وامرايها وشعرايها وذوى النباهة فيها ممن دخل اليها او خرج عنها مما نشى به نصر الحميدى وتمم واحكم سداه وتمم احمد بن يحيى بن احمد بن عميرة الضبي وفقه الله ، ; quibus pag. 2. respondent haec: "Libro de perfecta satisfaccion de los Varones de Andalucia, sus sabios, Governadores, Poetas, los de la profecia sobre ella de quien entrò en ella, ô saliò de ella, de quien vagò en ella; de Nasar el Jameidi fue perfecto y logrò fama su industria. Le perfeccionò Ajmed Ben Jajia Ben Ajmed Ben Ahamiret el Dabi: concuendele Dios." Quae quidem doctum interpretem non produnt. Initium libri pag. 3. hoc est: اما بعد حمد الله تعلى الذى لا يعرف الخير الا من نبيه الكريم ، . Laudibus extollitur in praefatione inter eos, qui antea de iisdem rebus egerant, Abû 'Abd allâh Mu'hammed bin Abî Naszr el-'Humeidî, cujus tamen liber subsistere dicitur circa a. 450.*) Versantur, quae adsunt in primis occupatae Hispaniae temporibus. Hic illic lacunae reperiuntur, ubi Arabica legere non potuit scriptor; passim adjectae sunt notae.

*) Deletum est nomen, quod h. l. scriptum erat; dignoscitur tamen etiam nunc nomen Faustini de Muscat y Gusman, de quo vid. P. de Gayangos in praefatione libri: the hist. of the Moh. dynasties in Spain. vol. I. pag. IX. sq. not. 4.

*) De 'Humeidio ejusque libro vid. P. de Gayangos, l. l. vol. I. pag. XX. et pag. 473. Excerpta ex eo dedit idem in appendice, vol. II. pag. VIII—XXII.

CLXIV.

(N. 30. in 8vo.)

Codex Reiskianus, in 8vo, paginarum 29., cui inscriptum est pag. 1.: "*Ahmed Ibn Arabscha[h]* خاتمة s. *oratio finalis Historiae Timuri subjuncta.* E Cod. MS. Ludovici Piques, qui in Bibl. Regia Paris. asseruatur, Arabice descripsit Sigismund Gottlob Seewisch, Bibl. Reg. Dresdens. E cuius demum *απογραφω* Arabice descripsi et latine verti. Joh. Jac. Reiske. Dresdae, 1736. Mens. Nov. d. 28. et 29." Arabica incipiunt pag. 3., interpretatio Latina, e regione textus collocata, pag. 4. Sed initium et finis non sunt translata. Explicit textus pag. 29.

CODICES DE GENEALOGIA ET EPONOMASTICE.

CLXV.

(N. 87. in 4to.)

Codex Reiskianus, in 4to, continens *Ibn Dureidi lexicon genealogicum*, et quidem integrum, quamquam priorem tantum partem indicat titulus libro praefixus: الجزء الاول من كتاب الاشتقاق كامل*) تصنيف الشيخ الامام ابى بكر محمد بن الحسن بن دريد الازدى ، "Opus Grammatico-Historicum optimae notae." In margine adjicitur: "Ibn Doreid Ketab ol Eschtekaki seu Etymologicum Genealogiarum Arabicarum, descripsit ex cod. msto Arab. Bibl. Leidensis (n. 362.) Jo. Jac. Reiske; mens. Nov. et Dec. 1739." De quo libro vid. quae monuit Reiskius in Prodidagmatis ad Hagji Chalifae tabulas, in libro: Abulfedae tab. Syriae, ed. J. B. Köhler, pag. 231. n. 7. Titulum excipit in codice nostro folium unum, quod exhibet notitiam de Ibn Dureido, in titulo codicis Lugdunensis nomini auctoris adscriptam. Ipse liber occupat pagg. 1—513. Notae marginales passim adsperguntur. Subscriptio finalis e cod. Lugd. adjicitur pag. 515.; infra Reiskius annotavit: "Et ego finem imposui d. 10. Decembr. 1739. die Jovis." — Tabulae genealogicae et indices Reiskii cum hoc codice asservantur.

Ibn Dureidi vitam scripserunt Ibn Challikân (vid. edit. clar. Mac Guckin de Slane, vol. I., pag. 698. sqq. et Hamakeri spec. Catal. Bibl. Lugd. pag. 35—46.) et Ibn Hischâm in limine commentarii in carmen laudatissimum, Maqszûra dictum; vid. edit. L. N. Boisen. Havn., 1828. 4to. — De codice nostro conf. Reiskens Lebensbeschr. pag. 156. sq.

*) Sic Reiskius scripsit, codicem Lugd. accurate secutus; vid. Hamakeri spec. Catal. Bibl. Lugd. pag. 33.

CLXVI.

(N. 88. in 4to.)

Codiculus in 4to, paginarum 14., Lemmingii manu scriptus, qui hunc praefixit titulum (pag. 1.): "*Stemma Adnani et Cahthani* (vigtig til Arabernes Genealogie og Historie för Mohamed) udskrevet af Cod. 1700. i Escurial-Bibliotheket ved Doct. P. Lemming. A. 1819." Pag. 3. superscriptum est: كتاب فيه نسب عدنان وقحطان عن ابى العباس محمد بن يزيد رحمة الله عليه رواية ابى الحسن على --- سماع لموهوب بن احمد -- الجواليقى ، Explicit libellus pag. 13. lin. 2. Accedit usque ad finem pag. 14. *tractatus de genere masculino et feminino partium corporis humani et vestimentorum:* ما يذكّر ويؤنّث من الانسان ومن اللباس ، secundum praecepta grammatici *Abû Mûsâ Suleimân bin Muhammed.* Duplex adest subscriptio, altera Danica Lemmingii, de cod. Escurialensi, quem secutus est, altera Rasmusseni, ad Casirii cod. MDCC. n. 5. (Tom. II. pag. 157.) lectorem ablegantis.

CLXVII.

(N. 89. in 4to; olim N. 21. in 4to.)

Codex in 4to, bipartitus, char. Neschi bene scriptus et capsula inclusus.

I. Pars prior foliorum est 178. chartae orientalis laevigatae, et continet *es-Sujûtii librum de nominibus relativis*, qui vocatur: كتاب لبّ اللباب فى تحرير الانساب ، i. e. Medulla libri el-Lubâb, liber agens de orthographia nominum relativorum. Fol. 2. r. inscriptus est titulus; sed errore librarii pro اللباب ibi legitur الالباب, idemque mendum videmus repetitum non solum in capsulae operculo, verum etiam in ipsa praefatione. Annotatur praeterea infra titulum: ويليه ذيله للعلامة احمد العجمى عفى عنه بمنه وكرمه

امين ، ; quae verba codicis partem alteram spectant. Praefationem librique initium habemus fol. 2. v.; finem fol. 176. r. Absolvit eum mense Ramadhân a. 1145. (Chr. 1733.) Mu'hammed quidam, fil. 'Alii, Schâfi'ita.

Hunc librum publici juris fecit doct. P. J. Veth, Lugd. Bat., 1840. 1842. 4o.

II. Pars posterior folia habet 60. et continet *appendicem ad librum Lubb el-lubâb*, conscriptam ab *A'hmede bin A'hmed el-'Ag'emí*, partim vestigia premente *Mu'hammedis bin 'Alî bin A'hmed ed-Daûdi el-Mâlikí*. Fol. 2. r. legitur titulus: هذا ذيل لب اللباب للشيخ العلامه احمد العجمى رحمه الله تعالى امين ، . Praefationem, fol. 2. v., scripsit *'Abd er-Rahmân el-Uschmûni*, cujus haec sunt verba: هذا ما جردته من خط شيخنا -- احمد العجمى من هامش نسخته لب اللباب للسيوطى بعد اذن نجله مولانا شيخ الاسلام الشيخ محمد بن العز العجمى ، . Nomina relativa, ut in libro Lubb el-lubâb, secundum ordinem alphabeticum digesta sunt. Subscriptio finalis, fol. 58. v., haec est: هذا اخر ما وجد بخط شيخنا -- احمد بن احمد العجمى الوفاى الوفوى رحمه الله -- وذلك مما يهامش نسخته لب اللباب فى تحرير الانساب للامام السيوطى وكتب بخطه فى اخر نسخته المرقومة نقل ذلك من خط الشيخ محمد بن على ابن احمد الداودى المالكى رحمه الله تعالى وغالب ما يهامش هذا النسخة من خطه ايضا ثم الحقت اكثر مما نقل من خط الداودى ولله الحمد انتهى ، . Adjicitur, scriptum esse hoc apographum mense Schawwâl a. 1145. (Chr. 1733.) ab eodem Mu'hammed bin 'Alî, qui exaravit partem priorem. Foliis 59. 60. nihil est inscriptum.

CODICES DE HISTORIA LITTERARUM ET BIBLIOGRAPHIA.

CLXVIII.

(N. 41. in fol.; olim N. 28. in fol.)

Clarissimi *Cantilenarum libri* (كتاب الاغانى) *pars extrema*; optimae notae codex, in fol., foll. 240. chartae bombycinæ firmae laevigatae, char. Neschi magno et robusto eleganter et accuratissime scriptus, adjectis per totum librum vocalibus, in margine inferiore madore paululum laesus. Fol. 1. r. pictura occupat, splendissima olim, sed nunc contaminata, equitis imaginem sistens, falconem album in sinistra gestantis, quem angeli utrinque comitari videntur. De ipso libro ejusque auctore, *Abû -lfereg' 'Alí bin el-'Husein bin Mu'hammed el-Iszbahânî*, mortuo a. h. 356. (Chr. 967.), vid. quae disputaverunt clarissimi viri J. G. L. Kosegarten in prooemio editionis, quam inchoavit Gryphisvaldiae, a. 1840., et Steph. Quatremère in libro: Nouveau Journal Asiat., vol. XVI. pag. 385—419. 397—545. et in: Journal Asiat., 3e série, vol. VI. pag. 465—526. — Incipit textus Arabicus in codice nostro fol. 1. v. post Besmelam, desinit fol. 240. v. Index poëtarum, quorum vitae et carmina hoc volumine continentur, hic est:

النَمِر بن تَوْلَبٍ ، : fol. 1. v.
مالك بن الرَيْب ، : – 7. v.
عبد بنى الحَسْحاس ، : – 15. r.
مُرّة بن مَحْكانَ ، : – 23. v.
العُدَيْل ، : – 25. v.
مَخْرَم الغَىّ ، : – 36. v.
عمرو ذو الكلب ، : –35.v.*)
لَقِيط ، : –38.v**)

*) Turbatus est a bibliopega foliorum ordo, ita restituendus, ut folium 27. excipiant quae nunc sunt folia 29. 30. 28. 32. 33. 31. 36. 34. 35. 37. 38. cet.

**) Post fol. 38. lacuna est, unius folii aut duorum, ut suspicamur.

محمد بن عبد الملك الزيّات : fol. 41. v.
ابو حَشيشة ، : – 54. v.
(poëtria) ، عِنانُ : – 59. v.
الحسن بن وَهْبٍ ، : – 63. v.
احمد بن يوسف ، : – 75. r.
العَطَوِىّ ، : – 77. r.
مُرَّة ، : – 80. v.
على بن ابى أُمَيَّة ، : – 82. r.
عمر المَيدانى ، : – 85. v.
سليمن بن وَهْبٍ ، : – 86. v.
أَبان بن عبد الحَميد ، : – 92. v.
تُوَيت ، : – 98. v.
مانى ، : – 103. v.
بَكْر بن خارجة ، : – 107. r.
نُصَيب ، : – 110. v.
ابو شُراعة ، : – 120. r.
ابن البَوّاب ، : – 128. r.
اسمعيل القراطيسى ، : – 129. r.
ابو العِبَر ، : – 130. r.
مروان بن ابى حَفْصة ، : – 134. r.
عبد الله بن يحيى ، : – 140. v.
عبد الله بن ابى العَلاء ، : – 157. v.
عبد الله بن ابى مَعْقِل ، : – 159. r.
(De proelio ad Dû Qâr) وَقْعة ذى قار ، : – 161. v.
القُحَيف ، : – 170. r.
الفِنْد ، : – 173. r.
عبد الله بن دَحْمان ، : – 174. r.
المُتَنَخِّل ، : – 175. r.
ابو صَخْر ، : – 177. v.
يحيى بن طالب ، : – 184. v.
عُرْوة بن حِزام ، : – 187. r.
القَتّال ، : – 194. v.
الراعى ، : – 203. v.
جَنْدَل بن الراعى ، : fol. 209. r.
عَمّار ذو كُبار ، : – 209. v.
عبد الله بن مُصْعَب ، : – 215. v.
ابو العِيال الهذلى ، : – 218. v.
عُبَيد ، : – 221. r.
عمرو بن سَعيد وخالد بن المُضَلَّل ، : – 225. r.
القُطامى ، : – 227. v.
عُمارة ، : – 234. v.

Subscriptio finalis, fol. 240. r.: هذا آخر كتاب الاغانى الكبير الجامع من تصنيف ابى الفرج على بن الحسين بن محمد الاصبهانى cet. Absoluta est scriptio codicis mense Ramadhân a. 616. (Chr. 1219.); exaravit eum Mu'hammed bin Abî Ṭâlib el-Bedrî.*)

CLXIX.

(N. 90. in 4to; olim Nr. 43. in 8vo.)

'Imâd ed-dîni Mu'hammed bin Mu'hammed el-Iszfahâni, clarissimi Sultânorum Nûr ed-dîni et Szalâ'h ed-dîni scribae, *appendix ad librum suum:* خريدة القصر وجريدة العصر ، i. e. *Margaritam palatii et palmam saeculi, vitas poëtarum illustrium* saeculi a fuga Prophetae sexti continentem; codex in 4to, foll. 89. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus. Fol. 1. r. inscriptum est: هذا الذيل على خريدة القصر للعماد الكاتب رحمه الله امين ، . Praefationis initium, fol. 1. v.: حمد الله الذى اطلع بوجود محمد صلعم شموسا واقمارا ، . Narrantur in hoc libro vitae poëtarum CXCIV. ejusdem saeculi sexti, breviter plerumque, interdum uberius et adjectis variis eorum carminibus. Clauditur codex fol. 89. r.

Titulum libri خريدة القصر, quem supra dedimus e praefatione codicis nostri, codices quoque Lugdunenses 1609. et 1690. exhibent et Herbelotius s. v. Kheridat alcassar **); paululum

*) In hoc codice Nûnatio Dhammae (تنوين الضم) semper indicatur copulatione signorum vocalium Dhamma et Fat'ha.

**) Ex quo loco corrigenda sunt quae tradidit idem s. v. Emad al-Kateb et s. v. Gerid.

vero ab eo recedit 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 133. sq. De auctore conf. Abulfedae Ann. Musl. vol. IV. pag. 190. sq. cum annotationibus Reiskii, et clar. Reinaud, Extraits des hist. Arabes, relatifs aux guerres des croisades, pag. XVII. sq.

CLXX.

(N. 91. in 4to; olim N. 37. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 154. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi satis bene scriptus. Continetur hoc volumine *Mu'hammedis el-Emîn el-Mu'hibbî appendix ad librum suum:* كتاب نفحة الريحانه ورشحة طلاء الخانه، i. e. Odorem suavem ocimi et guttam sanguinis tabernae, agentem *de iis, qui facundia gloriam adepti sunt,* a *Mu'hammede bin Ma'hmûd b. Ma'hmûd es-Sulâtî el-'Hanefî el-'Uϑmânî* edita et eloquentiae specimina varia cum prosaica tum poëtica exhibens *). Fol. 2. r. inscriptum est: ذيل النفحة، . Praefatio editoris legitur fol. 2. v., ubi de origine libri haec proferuntur: قد ظفرت يدى بدرر فى مسودات المرحوم من تجنت طينته بما العلوم خاتمة البلغا -- السيد محمد الامين المحبى -- قد نظم تلك الدرر وترجم بها شرذمة م من الادب محل الغرر طرز بها ذيل كتابه نفحة الريحانه ورشحه طلاب (leg.: طلاء) الخانه ورام الحاقها بها تمنعها الدهر عن مرامه وخانه -- فالتقطت تلك الدرر والعقيان -- ورتبتها هذا الترتيب النضير معتمدا فى ذلك على قطعة بخط المرحوم الى ذلك نشير cet. Sequuntur deinde pagina eadem praefatio (خطبة) auctoris; fol. 4. r. sectio prima: الفصل الاول فيمن انتشا من بلغا دمشق الشام، ; fol. 102. r. sectio secunda: فيمن انتشا من بلغا المدينة المنورة، ; fol. 113. r. sectio tertia: فى نبها حلب الشهبا ومن جلو ابرقة اشعارهم، . Explicit liber fol. 145. v.; sed subjungitur usque ad fol. 153. r. notitia de auctore, quem mortuum esse constat Damasci a. h. 1111.**) (Chr. 1699.), cum carminibus poëtarum nonnullorum in obitum ejus. Subscriptio finalis, fol. 153. r. et v., haec est: وهذا ما افاض الله به على عبده، ومنحه من انعامه ورفده، وهو جامعه الفقير الى رحمة مولاه، الغنى به عمدة سواه، محمد بن محمود السولاتى الحنفى العثمانى -- وقد يسر الله جمع ما وجد فى مسودات المرحوم المولف ونشره فى اواخر شوال سنة احدى عشر ومائة والف cet. Annotatur praeterea, exaratum esse apographum nostrum mense Rebî' secundo a. 1144. (Chr. 1731.), manu عبد الله الطنبولى (?) الازهرى، .

*) Conf. Flügel, Wiener Jahrbb. vol. XCVII. Anzeigebl. pag. 20. Sed pro تحفة الريحانة ibi legendum est: نفحة الريحانة.

**) In codice quidem nostro librarius expressit a. 1011, sed id errore factum esse, certissimum est; vid. Flügel, l. l.

CLXXI

(N. 31. in 8vo.)

Codex Reiskianus, in 8vo, continens *Excerpta ex Ibn Abî Uszeibi'ae historia medicorum illustrium.* Post praemissa folia duo, notitiis variis et tabulis genealogicis repleta, legitur titulus, Reiskii manu scriptus: عيون الانباء فى طبقات الاطباء، "Excerpta ex Abi Oseibah vitis celebrium Medicorum. Jo. Jac. Reiske scripsit Leidae mense Martio et Aprili 1746." Inter varias annotationes, titulo adjectas, haec quoque reperiuntur: "Librum hunc Latine verti, sed tumultuarie. Eam versionem secum habet Joh. Stephanus Bernard, medicus Amstelodamensis." Incipiunt excerpta a capite VII., desinunt in cap. XV., et occupant paginas 1—325., ubi legitur: "Absolvi d. 9. April. 1746. ipsis vigiliis Paschatis." Annotat Reiskius, annum quo exaratus sit codex, quem descripsit, Lugdunensis, non constare; esse "annum 977. aut 777., vel 797. vel 997." Subjungitur denique pag. 326. sq. "Excerptum ex praefatione", quod XV. libri capitum conspectum complectitur.

De hoc libro ejusque auctore vid. Reiskii miscellanea medica ex Arabum monimentis in Reiskii et Fabri opusculis medicis, ed. C. G. Gruner. pag. 41—63.; Nicoll in Catal. Bibl. Bodl. pag. 126. 131.; Wüstenfeld, Gesch. der arab. Aerzte und Naturf., pag. 132—144.; Cureton, Catal. Codd. Orientt. Musei Brit., Part. II. pag. 179.; ex quibus locis corrigenda sunt et supplenda, quae tradit 'Hâg'î Chalfa vol. IV. pag. 288. sq.

Conf. praeterea Reiskens Lebensbeschr. pag. 163. n. 26.*)

CLXXII.

(N. 42. in fol.; olim N. 13. in fol.)

Catalogus librorum, ex 'Hâg'î Chalfa excerptus; codex in fol., foll. 372. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi festinanter quidem, sed satis distincte scriptus, optime conservatus. Solos librorum titulos et auctorum nomina persequitur hic liber, adjecta plerumque annorum notatione, quibus mortui sint scriptores. Simillimus est ejus libri, quem descripsit b. Silvestre de Sacy in Notices et Extr. des MSS. de la bibl. impériale, Tom. VIII. pag. 200—219., et capsulae, qua inclusus est codex, ut codici Parisiensi, inscriptum est: دفتر الكتب في جامع الازهر، Incipit catalogus post Besmelam fol. 2. v., explicit fol. 372. v., ubi legitur subscriptio finalis: وبه تم كتاب كشف الظنون عن اسما (sic) الكتب والفنون والحمد لله على هذا ملخصا منه المذكور بعد حذف الكثير cet. Absolutus est codex mense Mu'harrem a. 1176. (Chr. 1762.) manu محمد عيسى العشماوى (?) المالكى الازهرى،

De codice nostro, a Niebuhrio ex Oriente advecto, conf. clar. Flügel in praefatione ad 'Hâg'î Chalfae vol. I. pag. III.

*) Reiskii interpretatio Latina, laudata ibid., n. 27., in Biblioth. Regia non reperitur; errore enim nituntur, quae de ea tradidit Wüstenfeldius in praef. libri: Gesch. der arab. Aerzte, pag. IV.

CODEX DE POLITICA.

CLXXIII.

(N. 43. in fol.; olim N. 5. in fol.)

Codex in fol., foll. 183. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi non pulchre, sed distincte scriptus, continens librum: كتاب سراج الملوك والخلفا ومنهاج الولاة والامرا، i. e. *Lucerna regum et Chalifarum et via regia praefectorum et Emirorum*, agentem de administratione rei publicae, auctore *Abû Bekr Mu'hammed bin el-Welîd el-Quraschî el-Fihrî eṭ-Ṭarṭûschî*, vulgo *Ibn Abî Rendaqa* dicto, mortuo a. h. 520. (Chr. 1126.) Fol. 1. r. legitur titulus: كتاب سراج الملوك تاليف الشيخ -- ابى بكر محمد بن الوليد الفهرى الطرطوشى رحمه الله -- وهو المسمى بسراج الملوك والخلفا ومنهاج الولاة والامرا فى تدبير الملك والدول مقتضب من كتاب الله العزيز واخبار الانبياء عليهم السلام وسياسات ملوك العرب والعجم والفرس والهند والسندهند ومستحسن اخبارهم واخلاقهم ونوادر حكاياتهم وتواقيع رؤسائهم رحم الله مؤلفه وكاتبه وقاريه وجميع المسلمين امين، — . Praefationis initium, fol. 1. v., idem est, quod dedit 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 589.*) Dividitur totus liber in capita LXIV., quorum indicem dedit Hammerus, Wiener Jahrbb. vol. LXXXI. Anzeigebl. p. 33. sq. Subscriptio, fol. 183. r., docet absolutum esse librum ab auctore Fusṭâṭi, mense Reg'eb a. 516. (Chr. 1122.), apographum vero nostrum scriptum a. 840. (Chr. $143\frac{6}{7}$.) a Mu'hammede bin Mu'hammed bin Ibrâhîm el-Maghribî ed-Dahhân. Adjiciuntur fol. 183. v. carmen poëtae anonymi et alia nonnulla, quae ad ipsum librum non pertinent.

Vitam auctoris narrat Ibn Challikân, edit. de Slane, vol. I. pag. 671. sq. Errat Herbelotius s. v. Serag' al-Molouk, confundens nostrum cum Averroë, qui vocari solet, clarissimo medico Cordubensi. Conf. Catal. Bibl. Lugd. n. 996.; Uri in Catal. Bibl. Bodl. n. 293. 305. 308.

*) Reponendum est in edit. Flügeliana eṭ-Ṭarṭûschi pro eṭ-Tarsûsî.

CODEX DE LOGICA.

CLXXIV.

(N. 92. in 4to.)

Commentarius, qui vocatur المطلع, in *Aϑîr ed-dini Mufadhdhal bin 'Omar el-Abheri*) librum Îsâghûgî*, auctore *Abû Ja'hja Zakarijjâ el-Anszârî esch-Schâfi'î*; codex in 4to, foll. 16. chartae orientalis laevigatae, char. Africano elegantissime scriptus. Fol. 1. r. char. Nesta'lîq inscriptum est: شرح القاضى زكريا على متن ايساغوجى فى المنطق. Cui libro quondam junctos fuisse alios libros nonnullos, docent, quae infra annotantur pagina eadem: اشتمل هذا المجموع على شرح شيخ الاسلام القاضى زكريا على ايساغوجى وشرح السلم للناظم*) والخبيصى على التهذيب**) والقطب على الشمسية***)، quae scripta versantur omnia in exponenda logica, sed in bibliotheca Regia non reperiuntur. In limine libri, fol. 1. v., commentatoris nomen legitur, quod dedimus supra. Clauditur codex fol. 16. v., exaratus a. h. 1176. (Chr. 176$\frac{2}{3}$.) — De Aϑîr ed-dîni el-Abherî (vel el-Abahrî) Isagoge vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. I. pag. 502.; de commentario nostro ibidem agitur pag. 504. extr.

*) Vid. Lubb el-lubâb, ed. Veth, s. v.; Jacut's Moschtarik, ed. Wüstenfeld, pag. 11.; sed conf. Fleischer in Catal. Bibl. Sen. Lips., pag. 349. not.

*) Vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 610. n. 7225.
**) Vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. II. pag. 479. n. 3786.
***) Vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. IV. pag. 76. n. 7667.

CODICES GRAMMATICI.

CLXXV.

(N. 93. in 4to; olim N. 77b. in 8vo.)

Codiculus in 4to, foll. 7. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi satis bene scriptus, continens librum notissimum, qui vulgo vocatur: مايئة عامل i. e. *Centum regentes*, auctore *Abû Bekr 'Abd el-Qâhir bin 'Abd er-Ra'hmân el-G'urg'ânî*, mortuo a. h. vel 471. vel 474. (Chr. 107$\frac{8}{9}$. vel 108$\frac{1}{2}$.); dissentiunt enim viri docti de hac re, et ipse 'Hâg'î Chalfa non sibi constare videtur; vid. vol. I. pag. 280. n. 644. pag. 512. lin. 2. vol. IV. pag. 278. n. 8419. Conf. praeterea Silvestre de Sacy, Anthol. grammaticale, pag. 233.; Krafft, Handschriften der orient. Akad., n. L. — Fol. 1. r. inscripta sunt disticha nonnulla et alia, quae ad ipsum librum non pertinent, qui incipit fol. 1. v. et absolvitur fol. 6. r. Subjungitur fol. 6. v.—7. v. observatio utilis (فايدة) de الاستغنا et الافتقار, inclusis in formula: لا اله الا الله. In fine notatur: انتهى, et adjicitur: من تعبير الشيخ عبد الله الشبراوى.

CLXXVI.

(N. 44. in fol; olim N. 34. in fol.)

Commentarius, qui vocatur الايضاح, *Expositio, in Zamachscharii librum* notissimum المفصّل i. e. uberius exponentem, aut ut malebat Ill. Silvestre de Sacy: المفصّل i. e. librum uberiorem; codex in fol. oblongo angusto, foll. 206. chartae orientalis laevigatae, variis manibus partim char. Nesta'lîq, partim char. Neschi, festinanter et maximam partem pessime exaratus, annotationibus multis in margine auctus. Duo sunt ejusdem nominis الايضاح commentarii in Zamachscharium, quorum meminit 'Hâg'î Chalfa, vol. I. pag. 516. n. 1573., alter Ibn el-'Hâg'ibi, alter Abû -lbaqâi el-'Ukberî; uter vero sit

scriptor noster, definire non audemus, cum nominis indicatio nusquam appareat. Praefationis initium, fol. 1. v. pessime scriptum, videtur esse hoc: زف لسمّ الله اجبر على طريقه اياك نعبد تقديما للامم. Quattuor sunt libri partes: de nomine usque ad fol. 106. v.; de verbo, usque ad fol. 132. v.; de particulis, usque ad fol. 160. v; quarta denique, المُشْتَرَك a Zamachschario appellata, de variis rebus, ut sunt التقاء الساكنين, تخفيف الهمزة, الوقف, الامالة, et alia. Subsistit codex fol. 206. v. in capite de الادغام, quod ad finem non est perductum. Infra notatur: "Desunt nonnulla."

CLXXVII.

(N. 94. in 4to; olim in Bibl. Univ. Haun. N. 3. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 158. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus. Praemittitur folium unum, numero non signatum, cui inscripta sunt in pagina anteriore distichon Turcicum, annotationes grammaticae Arabice et infra nomen Joannis Sev. Schelderup, et Arabicis litteris expressum et Latinis, cum designatione anni 1696.; in pagina aversa leguntur notae nonnullae, Turcice scriptae, et excerpta e libro قانون نامه. Continetur hoc volumine:

I. *Commentarius,* qui vocatur الافتتاح, *Apertio, in librum* notissimum المصباح i. e. *Lucernam,* de syntaxi linguae Arabicae conscriptum ab Imâmo *Burhân ed-dîn Abû -lfat'h Nâszir el-Mutarrizî,* mortuo a. h. 610. (Chr. 1213.) Commentarium composuit *'Hasan Pâschâ,* fil. 'Alâ ed-dîni el-Eswed. Fol. 1. r. legitur titulus: كتاب شرح المصباح المسمى بالافتتاح الفه المولى حسن پاشا ابن المولى علاء الدين الاسود; subjunguntur infra annotationes nonnullae, grammatici argumenti. Incipit praefatio, fol. 1. v., ab iisdem verbis, quae indicavit Krafftius, Handschriften der orient. Akad., n. XLIX. Subscriptio finalis, fol. 85. v., docet librum esse exaratum فى شهر سراى, mense Reg'eb a. 1077. (Chr. 1667.), manu على بن سليمان عن قصبهٔ شند (?).

II. Altera pars codicis, fol. 86—158., primum observationes varias exhibet, partim Turcice scriptas, partim Arabice; in his analysin grammaticam formularum: رضى الله تعالى عنكم; اعوذ بالله من الشيطان الرجيم et بسم الله الخ, fol. 87. r.—88. r. Deinde vero sequuntur fol. 88. v.—158. r.: *Ja'qûbi bin Seid 'Ali annotationes ad commentarium super praefationem ejusdem libri* المصباح; de quibus conf. Krafftius, l. l. n. XLVIII.; Fleischer in Catal. Bibl. Senat. Lips. pag. 343. n. XXVII, 1. et pag. 344. n. XXVIII. Initium libri hoc est: الحمد لله الذى اعرب الكائنات من خرج كاف نون -- وبعد فيقول العبد -- يعقوب بن سَيّد على -- هذه فوايد قيدتها على شرح ديباجة المصباح حين ما قرأ علىّ بعض اخى --. Scripta est haec codicis pars eadem manu, qua prior, et eodem loco.

CLXXVIII.

(N. 32. in 8vo; olim N. 53. in 8vo.)

Codex in 12o, foll. 69. chartae orientalis laevigatae, char. Nesta'lîq bene scriptus. Continet is:

I. *Ibn el-'Hâg'ibi* notissimum *librum de syntaxi Arabica,* qui vocatur: الكافية, *Sufficiens*; de quo conf. Krafft, Handschriften der orient. Akad., n. XXXVIII. Incipit liber fol. 1. v., explicit fol. 35. r., notis marginalibus ubique stipatus. — Sequitur:

II. Liber المصباح, *de syntaxi,* auctore *el-Mutarrizî*; de quo vid. Krafftius, l. l. n. XLVI. In limine libri, fol. 36. v., legitur: مصباح فى النحو. Explicit fol. 61. r.; annotationibus item in margine auctus est, et eadem manu scriptus, qua praecedens tractatus. — Subjungitur denique:

III. *Liber centum regentium,* auctore *el-G'urg'ânî,* de quo egimus ad cod. CLXXV., fol. 61. v.—69. v. Eadem manu scriptus, qua priora, et notis marginalibus instructus.

CLXXIX.

(N. 95. in 4to; olim N. 71. in 4to.)

Codex in 4to minore, foll. 120. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi ita scriptus, ut quaternas tantum lineas teneant singulae paginae, spatio, quod superest, notis inter lineas adscribendis et adscriptis relicto. Continet *el-Kâfijae Ibn el-'Hâg'ibi exemplum alterum*. Periit totum paene primum codicis folium, cui in parte aversa pauca verba introductionis causa fuerunt inscripta; quod nunc est fol. 1., incipit ab ipso auctoris nomine: قال الشيخ الخ ،. Explicit liber fol. 120. v., sed desunt in fine lineae nonnullae.

CLXXX.

(N. 96. in 4to.)

Fragmenta duo commentarii in Ibn el-'Hâg'ibi Kâfijam, in 4to, foll. 37. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scripta. 1. Fol. 1—22. 22ᵇ. 23—26. eam partem Kâfijae illustrant, quae legitur in editione clar. Baillie, (An entire and correct edition of the five books upon Arabic grammar, Part. III. Calc. 1803. 4to.) a pag. 11. lin. 3. usque ad finem pag. 25. — 2. Foll. 27—36. pertinent ad ejusdem editionis pag. 32. lin. 4.—38. lin. 6. Nomen auctoris hujus commentarii ignoramus.

CLXXXI.

(N. 97. in 4to.)

Ejusdem commentarii in Kâfijam fragmenta tria, in 4to, foll. 121. chartae orientalis laevigatae, char. Nesta'lîq satis bene scripta. Multae adscriptae sunt notae marginales. 1. Foll. 1—3. pertinent ad editionis Calcuttensis pag. 21. lin. 2.—22. lin. 1. 2. Foll. 4—114. ad ejusdem editionis pag. 22. lin. antepaen. — 77. lin. 2. — 3. Foll. 115—121. ad pag. 78. lin. 1. — 82. lin. 2.

CLXXXII.

(N. 98. in 4to.)

Fragmentum alius commentarii in librum eundem, in 4to, foll. 16. chartae orientalis laevigatae, char. Nesta'lîq mediocriter exaratum. Passim adjectae sunt notae. Quod adest, pertinet ad edit. Calc. pag. 76. lin. 2.—84. lin. 4.

CLXXXIII.

(N. 33. in 8vo.)

Codex in 8vo, foll. 125. chartae laevigatae, Turcica manu scriptus. Exhibet is post praemissa, fol. 1. r.—2. r., excerpta varia et Turcica et Arabica, e libris juridicis maxime et traditione prophetica:

I. *Partem libri* الفوايد العلية في تأييد الفوايد الضيائية ، auctore *Mu'hammed bin Mu'harrem*) et-Tekûni* (محمد بن محرم التكوني ،). Continet hic liber *annotationes ad glossas marginales*, quae vocantur: الحاشية الجليلية على الفوايد الضيائية ،, conscriptas ab *'Iszâm ed-dîn 'Ali*, cujus nomini h. l. subjiciuntur epitheta honorifica: الناقد الفركي**) والرشد العلي, et destinatas *ad illustrandum G'âmii*, clarissimi poëtae Persici, *commentarium in Ibn el-'Hâg'ibi Kâfijam*, cui titulus: الفوايد الضيائية***) ،. Praefationis initium, fol. 2. v.: حمدا لمن جعلنا غير

*) Si modo ita pronuntiandum hoc nomen; cognomen quoque et-Tekûnî nobis ex hoc solo codice notum. — Illum librum, a. Chr. 1811. Constantinopoli impressum, quem laudant cl. de Hammer, Gesch. des osman. Reichs, vol. VII. pag. 590. n. 53. et ill. de Rosenzweig in libro Biogr. Nachrichten über Mewlana Abdurrahman Dschami: كتاب المحرم في حاشية الجامي ،, a nostro scriptore omnino alienum esse suspicamur.

**) De voce الفركي conf. Sujûtii Lubb el-lubâb, edit. Veth., s. v.

***) De commentario G'âmii vid. Krafft, Handschriften der orient. Akad. n. XXXIX.; v. Rosenzweig, l. l., in Catal. scriptorum G'âmii, n. 27.

منحرفين عن نحو الحق ، . Abrumpitur oratio fol. 35. r. — Fol. 35. v.—41. r. diversissima occupant excerpta, maximam partem Arabica, juridica, chronologica, magica, poëtica cet., quorum partem fol. 39. r. sua manu scripsisse dicitur clar. Mufti Abû -ssu'ûd; sed id intelligendum de codice, e quo haec ipsa deprompta sunt. Sequuntur deinde:

II. Fol. 41. v.—53. r. scriptoris anonymi *glossae in librum de logica* agentem, cujus nomen et auctorem ignoramus. Ab initio aliquid deesse videtur, et lacunae exstant duae, fol. 51. r. et v. Adjecta sunt in margine excerpta ex aliis commentariis. Finis indicatur formula: تمت الكتاب الخ ، . — Post interpositas fol. 53. v. 54. r. annotationes nonnullas argumenti juridici subjungitur:

III. Fol. 54. v.—88. r. *Commentarius Mu'hji ed-dîni in 'Husâm ed-dîni commentarium ad Aϑîr ed-dîni el-Abherî Isagogen* seu compendium Logices. Idem liber exstat in Bibl. Reg. Dresd. n. 32. et 203, 1.; exaravit eum 'Abd el-'Azîz, regnante in Chersoneso Taurica Qaplân Girâi Chân, qui ter imperium tenuit a. Chr. 1707., 1713—1716. et 1730—1736.; et codex quidem noster ante annum 1730. exaratus est, cum inter notas marginales fol. 124. et 125. sint, quae a. h. 1138. et 1139. (Chr. 1725—1727.) scripta sunt. — Fol. 88. v. — 93. v. denuo sequuntur excerpta Arabica et Turcica, quae excipit:

IV. Fol. 94. r.—123. r. *Qutb ed-dîni Commentarius in Logicam Neg'm ed-dîni 'Alî bin 'Omar el-Qazwînî*, quae vocatur *esch-Schemsijje*. De utroque libro vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. IV. pag. 76., ubi tamen pro 'Alî bin 'Omar legitur 'Omar bin 'Alî; Fleischer in Catal. Bibl. Senat. Lips. n. XXXIII, 1—3. XXXIV, 1. XXXV. Commentarium Qutb ed-dîni in Bibl. quoque Reg. Dresd. asservari sub n. 243, 2., edocemur a clar. Fleischero. In annotationibus, margini codicis nostri adscriptis, laudantur et G'urg'ânii commentarius in Schemsijjam, cujus meminit 'Hâg'î Chalfa, et 'Imâd ed-dîni commentarius in G'urg'ânium, de quo Fleischerus egit, l. l., ad n. XXXV, 2. — Claudunt codicem fol. 123. v.—125. v. annotationes et excerpta ejusdem generis, quod supra indicavimus.

CLXXXIV.

(N. 99. n 4to; olim in Bibl. Univ. Haun. N. 4. in 8vo.)

Ibn el-'Hâg'ibi Tractatus de flexione grammatica et orthographia, qui vocatur الشافية, Sanans; codex in 4to, foll. 122. chartae orientalis laevigatae, char. Nesta'lîq mediocriter scriptus. Neque libri neque auctoris nomen in hoc codice apparet; initium vero, fol. 1. v., post 'Hamdalam hoc est: وبعد فقد سألني من لا يَسَعُني مخالفته ولا يوافقني مخالفته ان أُلحق بمقدمتي في الاعراب مقدمة في التصريف على نحوها ومقدمة في الخط فاجبته — ، التصريف علم باصول يعرف بها احوال ابنية الكلم التي ليست باعراب ، cet.; quibuscum conf. excerpta Fleischeri e cod. Lips. VI. Clauditur liber fol. 122. v.; sed post fol. 120. lacuna exstat, quae unius videtur esse folii. — Pertinebat codex ad spolia in expugnatione Budae reportata, ut videre licet ex inscriptione ligaturae in fine libri: "Aus der Bibliothek von Offen."

Ceterum de hoc libro vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. IV. pag. 3. sqq.; Fleischer in Cat. Bibl. Dresd. n. 222.; Krafft, Handschriften der orient. Akad., n. XXXVII.

CLXXXV.

(N. 100. in 4to.)

Ibn Mâliki grammatica Arabica, quae vocatur *el-Alfijje;* codex in 4to, foll. 43. chartae orientalis laevigatae, char. Africano optime scriptus. In limine libri, fol. 1. v., legitur auctoris nomen: قال الشيخ الامام العالم النحوي جمال الدين ابوعبد الله محمد بن عبد الله بن مالك الطائي النسب الأندلسي الاقليم الجياني المنشأ (sic) الدمشقي الدار رحمه الله ورضي عنه ونفع ببركاته امين ، . Sub-

scriptio finalis, fol. 43. r.: كملت الفية ابن مالك بحمد الله وحسن عونه وتوفيقه ويُمْنه (sic)، De auctore ejusque libro conf. praeter editionem clar. Silvestre de Sacy, 'Ilâg'î Chalfa, vol. I. pag. 407.; Krafft, Handschriften der orient. Akad., n. XXXII.

CLXXXVI.

(N. 101. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 543. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi distincte quidem, sed minus accurate scriptus, continens *Commentarium in Ibn Mâliki Alfijjam*, qui vocatur: كتاب منهج السالك الى الفية ابن مالك، i. e. Via regia viatorem ducens ad millenarium Ibn Mâliki, conscriptum a *Taqijj ed-dîno A'hmed bin Mu'hammed esch-Schumunni*)*, mortuo a. h. 872. (Chr. 146$\frac{7}{8}$.) Vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. I. pag. 409. extr., ubi impressum est: منهج المسالك، quod non probamus; conf. editionem Alfijjae Parisiensem, pag. 2. Titulus fol. 1. r. codici praefigitur: هذا كتاب منهج السالك الى الفية ابن مالك تاليف العلامة الشيخ الاشمونى رحمه الله تعالى الخ، Subest error in cognomine الاشمونى; confudisse videtur librarius scriptorem nostrum cum illo, cujus mentionem faciunt 'Hâg'î Chalfa, l. l. pag. 411. lin. 2. et Silvestre de Sacy, l. l. pag. 3. Praefationem**) habes et ipsius commentarii initium fol. 1. v.; finem libri fol. 543. v. Scriptus est codex mense Ramadhân a. 1138. (Chr. 1726.), manu Mu'hammedis b. Mu'hammed es-Sûdânî el-Mâlikî, qui librum concessit A'hmedi fil. el-'Hâg'g' 'Alî Schu'eib.

---

*) Vid. Meursinge in prolegg. ad Sojutii librum de interprett. Korani, pag. 16. not. 30., conf. Lubb el-lubâb, edit. Veth., pag. 156. Silvestre de Sacy in commentario ad edit. suam perperam expressit: es-Semeni.

**) Scriptum erat in praefatione منهج المسالك، sed restituit secunda manus السالك. — In limine libri mortuus esse dicitur Ibn Mâlik a. h. 672., annos natus 75.

CLXXXVII.

(N. 45. in fol.; olim N. 16. in fol.)

Codex in fol., foll. 116. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi mediocriter scriptus. Continet is librum, qui vocatur: كتاب فرائد القلائد فى مختصر شرح الشواهد، i. e. *Uniones monilium*, liber exhibens *compendium commentarii in dicta probantia*, auctore *Bedr ed-dîno Abû Mu'hammed Ma'hmûd bin A'hmed el-'Aini*, mortuo a. h. 855. (Chr. 1451.) Sunt vero dicta probantia, quae in hoc compendio explicantur, ea quae in praestantissimis super Alfijjam commentariis ad illustranda praecepta Ibn Mâliki allegantur; totus autem liber e majore ejusdem scriptoris opere excerptus est, cui nomen: المقاصد النحوية فى شرح شواهد شروح الالفية، De utroque commentario vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. IV. pag. 82. s. v. الشواهد الكبرى والصغرى، ; vol. I. pag. 412. sq. Praemittitur codici folium unum, numero non signatum, cui inscriptum est: "Mahmudi El-aini Sententiae." Fol. 1. r. legitur titulus, quem dedimus, Arabice scriptus, subjuncto auctoris nomine. Praefatio, cujus initium notavit 'Hâg'î Chalfa, incipit fol. 1. v.; subscriptio finalis docet, absolutum esse codicem sub finem mensis Rebî' posterioris a. 1069. (Chr. 1659.)

Idem Bedr ed-dînus el-'Ainî in explicandis aliis quoque scriptis, ad litteraturam Alfijjae pertinentibus, operam posuit, ut docemur ab 'Hâg'î Chalfa, vol. I. pag. 408. et 414. Alios ejusdem auctoris libros recenset Herbelotius, s. vv. Akd-algiumân, Tarikh al-Akasserah, Tarikh albadr, Tarikh Aïni et Tohfat almolouk.

CLXXXVIII.

(N. 102. in 4to; olim N. 24. in 8vo.)

Codex in 4to, foll. 23. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi distincte scriptus, continens *Ibrâhîmi bin A'hmed el-'Halebî poëma, cui inserta est pars Alfijjae* Ibn Mâliki. Fol.

1. r. inscriptum est: تضمين الفية ابن مالك النحويه في الغزل للعلامة ابرهيم بن احمد الحلبى رحمه الله تعالى امين ، sed non ejus formae hoc poëma est, quae vulgo dicitur Ghazel, verum per disticha dispositum (مثنوى). Metrum idem est, quod Alfijjae. Initium fol. 1. v.:

يقول ابراهيم [ا]بن احمدا ، الحمد لله دواما سرمدا ،

Secutum se profitetur auctor exemplum clarissimi Ibn Nubbâta, qui simili modo carmini inseruerat bonam partem libri grammatici ملحة الاعراب, ab 'Harîrio compositi:

انى رايت الفاضل الفريـــدا ، النخبة المفتن الوحيـــدا ،
ابنَ نُباتة اديب العصـــر ، الشاعر الفرد البليغ المصـــر ،
قد مدح الشيخ الامام السبكى ، برجز حلو نظيف السبـــك ،
ضمنه من ملحة الحريـــرى ، فى النحو نحو الربع فى التقدير ،
مفتتحا بغزل رقيـــــق ، الفاظه كالدر والعقيـــق ،

Minio notantur in codice nostro quae ex Alfijja deprompsit auctor. Finis indicatur fol. 23. v.

CLXXXIX.

(N. 103. in 4to.)

Abû 'Abd allâhi Mu'hammed bin Mu'hammed b. Dâûd esz-Szin'hâg'î, mortui a. h. 723. (Chr. 1323.), *Compendium grammatices Arabicae*, quod vulgo vocatur *Agrumia* vel G'arumia; in 4to, foll. 18. chartae laevigatae recentioris, char. Africano bene scriptum. Fol. 2. r. hoc modo inscriptus est titulus: المُقَدِّمَة الآجُرُّومِيَّة ، . Auctoris nomen legitur in limine libri, fol. 2. v.: قل الشيخ الامام ابو عبد الله محمد بن داوود الصّنهاجى (sic) الشهير بابن أَجَرُّوم (sic) رحمه الله ، . Pro الصّنهاجى pronuntiandum videtur الصِّنهاجى; vid. Sujûṭii librum Lubb el-lubâb, edit. Veth., s. v. Scriptio cognominis ابن اجروم ei formae similis est, quam e cod. Goth. n. 432. deprompsit doct. Wüstenfeld*): ابن آجُرُّوم. — Clauditur caput ultimum, باب مخفوظات الاسماء (leg.: مخفوضات), fol. 18. r. Adscriptae sunt ubique vocales.

CXC.

(N. 104. in 4to; olim N. 43. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 101., Europaeorum more a sinistra incipiens, cui praemittitur titulus: "*Commentarius in Agrumiam*, Parisiis olim exscriptus, nunc latine redditus à *Christiano Schnabel*. Roëschildiae, ipsis Cal. Maji MDCCLII." Est commentarius ille, a Schnabelio, scholae cathedralis Roeskildiensis rectore, a. 1755. et 1756. Amstelaedami editus, quem scripsit *Châlid bin 'Abd allâh bin Abî Bekr el-Azherî*. Codex, quem secutus est editor, in Catal. Bibl. Reg. Paris. videtur designatus esse n. 1284., quamquam is 'Abbâso el-Azherî adscribitur, qui nostro scriptori auctor fuit componendi hujus commentarii; vid. edit. Schnabelii, part. I. pag. 2. — Conf. praeterea Frähnius, Leipz. Lit. Zeit. 1830. n. 92. pag. 732. Incipit textus Arabicus fol. 1. v., interpretatio Latina, e regione posita, fol. 2. r. Clauditur codex fol. 100. v.

CXCI.

(N. 34. in 8vo; olim N. 59. in 8vo.)

Codex in 8vo, fol. 99. chartae orientalis laevigatae, char. Nesta'lîq bene scriptus, usu aliquantum tritus multisque annotationibus in margine et inter lineas auctus. Continet is quattuor *opuscula de grammaticae Arabicae parte etymologica*, in Turcarum scholis maxime usitata, quae conjugationis Arabicae exemplis (امثله) aucta sub titulo: كتاب الصرف vel جملة الصرف et Constantinopoli et Bûlâqi prope Qâhiram saepius impressa sunt; vid. Krafft, Hand-

*) In censura libri: Orientalia; edentibus Juynboll, Roorda et Weijers. Vol. I., Gött. gel. Anzeigen, 1842. St. 151. 152. pag. 1518. Corrigendus est ex his Casirius in Catal. Bibl. Escur. vol. I. pag. 23. n. XCIII. — Clarissimum quoque Frähnium pronuntiare videmus: Adschurrumia: Leipz. Lit. Zeit. 1830. n. 92. pag. 732.

schriften der orient. Akad., n. LIII.; conf. etiam de Hammer in libro: Fundgruben des Orients, vol. II. pag. 287., et Fleischerus in Catal. Bibl. Senat. Lips. pag. 335. sq. ad cod. IX., qui eadem continet opuscula. Singula haec sunt:

I. Fol. 1. v.—47. v.: كتاب مَراح الارواح، i. e. *Pulvinar animorum,* de flexione (الصرف) institutiones, auctore *A'hmed bin 'Alî bin Mes'ûd,* de cujus aetate nihil constat. De tota libri ratione vid. Fleischerus in Catal. Lips. pag. 335. ad cod. VII.

II. Fol. 48. v.—66. r.: *Compendium doctrinae de flexione,* quod vulgo vocatur العزى *el-'Izzî*, auctore *'Izz ed-dîno Abû -lfadhâil Ibrâhîm bin 'Abd el-Wahhâb ez-Zengânî,* mortuo a. h. 655. (Chr. 1257.) Conf. 'Hâgî Chalfa, vol. IV. pag. 208. Initium libri Fleischerus deprompsit e cod. Lips. IX, 2.

III. Fol. 66. v.—84. r.: *Ejusdem argumenti compendium,* quod vocatur المقصود i. e. Expetitum, de cujus auctore vide quae disputavit Krafftius, l. l., pag. 18. Conf. Fleischer ad cod. Lips. IX, 3.

IV. Fol. 85. v.—94. v.: كتاب بناء الامثلة, *de flexione verborum,* auctore ignoto; vid. Fleischer ad cod. Lips. IX, 4.

Annotationes variae praeterea inscriptae sunt foll. 84. v. 85. r. 95. r.—96. r. 97. r.—99. r.

CXCII.

(N. 105. in 4to; olim N. 29. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 135. non ejusdem chartae, maximam partem char. Nesta'lîq mediocriter, neque eadem manu scriptus, multis annotationibus marginalibus auctus. Continet is:

I. Fol. 1—83.: Scriptoris ignoti *Commentarium in librum grammaticum* مراح الارواح, de quo diximus ad cod. praecedentem. Fol. 1. r. inter alia inscriptum est: هذا كتاب شرح مراح، Fol. 1. v. incipit praefatio, cujus magna pars tam male habita est, ut jam legi vix possit. Annotamus tamen, auctorem libri مراح h. l. vocari: ابو الفضايل احمد بن على بن مسعود، ; cui nomini superscriptum est: المنسوب الى حو(?)، . Ipse commentarius incipit fol. 2. v. Determinatur fol. 3. r. vera vocis مراح pronuntiatio: بفتح الميم. Ultima libri verba, fol. 83. r.: قوله وتقول فى تثنية المونث التى فى صدر الكتاب غنى عن الشرح، . Subjungitur subscriptio finalis, quae scriptum esse librum narrat a. h. 885. (Chr. 148⁰⁄₁.) a Sa'd ed-dîno, fil. Schihâb ed-dîni A'hmed bin Abî -nnûr 'Hamza, 'Hanefita. — Sequitur:

II. Fol. 84—134.: *Commentarius in alium librum de flexione grammatica,* cujus auctorem ignoramus, ab initio mutilus, ut videtur; sunt enim tantum non deleta quae scripta fuerunt fol. 84. r. Lacunae praeterea exstant nonnullae, totusque liber pessime exaratus est. Desinit fol. 134. v. et scriptus esse dicitur mense Rebî' priore a. h. 828. (Chr. 1425.) ab (?) حسين بن انيبك; quod tamen de apographo nostro intelligendum non erit.

CXCIII.

(N. 106. in 4to; olim N. 61. in 8vo.)

Alius in librum Merâ'h commentarius, in 4to, foll. 143. chartae orientalis laevigatae, char. Nesta'lîq mediocriter scriptus. Est idem liber, quem descripsit Fleischerus in Catal. Bibl. Senat. Lips. pag. 335. cod. VII., et recenset etiam Krafftius, Handschriften der orient. Akad. n. LV. In codice nostro libri initio fol. 1. v. superscriptum est: شرح مراح لديك قوز، . Et hoc quidem nomen est viri, quem 'Hâgî Chalfa quoque commemorat inter eos, qui commentarios scripserunt in librum Merâ'h; in excerpto tamen Hauniensi, cod. nostro CLXXII., exaratum est: دينقور pro ديك قوز. Conf. Flügel, Wiener Jahrbb. vol. XCVII., Anzeigebl. pag. 6.; Catal. Bibl. Paris. ad cod. MCCIV.; Casiri, vol. I.,

ad codd. Escurialenses CLXIV, 2. CLXV, ubi idem Ahmed Aldoughoz claruissé dicitur a. h. 1026. (Chr. 1616.) Clar. Frähnius denique, in diario: Leipz. Lit. Zeit. 1830. n. 92. pag. 730., *Schems ed-dîni A'hmed Dongus* commentarium in librum Merâ'h commemorat, auctoremque floruisse tradit post medium saeculum Christianum XV. — Desinit liber fol. 143. v. et exaratus est a. 1049. (Chr. 16$\frac{39}{40}$.) manu 'Hasani bin Jûsuf.

CXCIV.

(N. 107. in 4to; olim N. 52. in 8vo.)

Codex in 4to, foll. 156. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, madore nonnihil laesus. Continet *grammaticam Arabicam*, cui titulus: بحث المطالب وحث الطالب ، i. e. Disputatio de quaestionibus et excitatio studiosi, auctore *Gabriele Far'hât*, Maronita.*) Praefationis initium, fol. 1. v., post formulam: بسم hoc est: الحمد لله الذى اصلح بكلمته الانفس الاب الخ ، المختلة ، واعرب بقدرته الفعاله عن الافعال السالمة والمعتلة ، Libri auctor in praefatione hoc modo designatur: جبريل بن فرحات القس الراهب الحلبى المارونى الحقير المنطوى تحت قانون الرهبان اللبنانيين المتوشحين باسكيم القديس انطونيوس الكبير ، . Dividitur totus liber in introductionem (المقدمة), quae agit de litteris et vocalibus linguae Arabicae, in tres libros, de flexione verborum, de flexione nominum, de syntaxi, et coronidem. Incipit introductio fol. 8. r., clauditur liber fol. 156. r. Scriptus est codex mense 'Hazîrân a. Chr. 1720. Annotatur praeterea in fine: بلغ مقابلة على قدر الامكان سنه ١٧٢١.

*) Impressus est, ni fallimur, idem liber in insula Melita, a. 1834. Vid. Catal. Codd. Orr. Musei Brit., P. II. pag. 50. not.

CXCV.

(N. 108. in 4to; olim N. 86. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 167. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi recentiore manu, ni fallimur, Turcica bene scriptus, continens *Exercitationes grammaticas*, compositas, ut videtur, in usum hominis alicujus Europaei. Quattuor sunt sectiones, quibus neque titulus neque praefatio praemittitur. Sectio prima, agens de particulis Arabicis earumque usu, incipit fol. 1. v. et hanc habet inscriptionem: المقالة الاولى فى حروف العربية ووضعهم بالكلام ، . Dividitur in septem فصول, de particulis loci, temporis, numeri, cet., quae singulae primum enumerantur, praxi deinde illustrantur. Primis paginis adjecta est interpretatio Anglica, e regione textus Arabici posita, sed ultra fol. 6. ea non procedit, et in reliqua codicis parte singulorum foliorum pars anterior nihil continet scripti. — Fol. 30. v. sequitur sectio secunda: المقالة الثانية فى ضرب الكلام بالمخاطبة لتعليم اللغة العربية ، . Sunt septem illi dialogi, quos edidit b. Langlesius in calce libri: Grammaire de la langue Arabe vulgaire et littérale par Savary. Conf. etiam ejus libri praefatio, pag. IX. — Sectio tertia incipit fol. 81. v.: المقالة الثالثة فى بعض حكايا تحكيه (sic) لتعليم امتداد القول العربى ، . Fabulas maxime continet. — Fol. 147. v. denique incipit sectio ultima: المقالة الرابعة فى الاحاديث والامثال المستعملة بين العرب ، ; quam claudunt quinquaginta e proverbiis Salomonis. Absolvitur codex fol. 167. v.

CODICES LEXICALES.

CXCVI.

(N. 46. in fol.; olim N. 1. in fol.)

Clarissimum *G'auharii Lexicon Arabicum*, in fol., foll. 299. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptum. Initium libri, fol. 1. v., alia manu suppletum, hanc habet inscriptionem: هذا كتاب الصحاح الجوهرى (sic) رحمة الله عليه رحمة واسعة ، . Subscriptio finalis, fol. 299. v., absolutum esse codicem indicat mense Ramadhân a. 702. (Chr. 1303.) — De vita auc-

toris vid. Scheidius in fronte speciminis G'auharii, a. 1776. editi, et Hamakerus in spec. Catal. Bibl. Lugd. pag. 49. sqq. Conf. 'Hâg'î Chalfa, vol. IV. pag. 91. sqq.; Möllerus in Catal. Bibl. Goth. ad n. 481. — Codex a b. von Haven Qâhirae comparatus; vid. J. D. Michaelis, lit. Briefwechsel, Th. II. pag. 40. n. 8.

CXCVII.

(N. 109. in 4to.)

Codex Reiskianus, in 4to, continens *particulam lexici G'auhariani.* Praefixa sunt codici folia nonnulla, quibus Reiskius inscribere indicem rerum incepit. Deinde sequitur titulus: الجزء الثالث من كتاب تاج اللغة وصحيح العربية تصنيف الشيخ ابى نصر اسمعيل بن حمّاد الجوهرىّ رحمه الله فيه باب الراء باسره . Folium sequens exhibet "Supplementum Gieuharii, inserendum p. 2. l. 9." Paginas deinde 1—392. occupat textus G'auharii ab initio litterae Râ usque ad radicem قرر; annotatur in fine: "Hucusque pertingebat Codex Golianus. Magna hinc lacuna ad literam Je usque, quae integra quidem exstabat, sed maculis et aqua eluta ut legi non potuerit; hinc non descripsi." — Asservatur cum hoc codice "*Index rerum et auctorum* in tomum tertium Lexici Ghieuhariani," foll. 10. — Conf. Reiskens Lebensbeschr. pag. 157. n. 9.

CXCVIII.

(N. 47. in fol.; olim N. 6. in fol.)

Fîrûzâbâdii Lexicon praestantissimum, quod vocatur *el-Qâmûs*, in fol., foll. 592. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi optime scriptum, optime conservatum. Fol. 1. r. a Mu'hammede quodam el-Miszrî, codicis quondam possessore, char. Nesta'lîq inscriptum est: هذا كتاب قاموس اللغة فى جلد واحد من تمام . Fol. 2. r. versus nonnulli leguntur Arabici et Turcici. Praefatio incipit fol. 2. v.; clauditur liber fol. 592. r. Absoluta est scriptio mense Szafer a. 959. (Chr. 1552.) ab A'hmede bin Mu'hammed Sibaweihi, 'Hanbelita, et collatio instituta cum autographo auctoris. Destinatus erat codex Bibliothecae viri illustris: قاضى القضاة خير الدين علم المسلمين ابى المكارم خضر الحنفى — بمدينة الخانقاه السرياقوسيه*) وكامل اقليمى الشرقيه والقليوبيه —. Accedit fol. 592. v. *initium disputationis* grammaticae *de genere masculino et feminino*, e tractatu clarissimi *el-Mutarrizî* excerptae, eadem manu exaratum, qua totus codex. Inscriptio haec est: هذه مقدمة فى بيان التذكير والتانيث والاسماء المونثة السماعية والاعداد التى تانيثها على عكس تانيث سائر الكلمات نقلتها عن الرسالة النحوية للامام المطرزى وذيّلتُ بها كتابى تبركا وتيمنا — .

Ceterum de Fîrûzâbâdio ejusque lexico vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. IV. pag. 488. sqq.; Hamaker in Spec. Catal. Bibl. Lugd. pag. 177. sqq. — Codicem nostrum Qâhirae comparavit b. von Haven; conf. J. D. Michaelis lit. Briefwechsel, Th. II. pag. 42. n. 28.

CXCIX.

(N. 110. in 4to; olim N. 26. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 490. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus. Continet *Schihâb ed-dîni A'hmed bin Mu'hammed b. 'Alî el-Maqarrî el-Fajjûmî Lexicon*, alphabetice digestum, quod vocatur: المصباح المنير فى غريب الشرح الكبير i. e. *Lucerna radians*, liber *explicans voces insolitas in commentario magno obvias.***) Commentarius magnus, qui vulgo dicitur, auctorem habet Imâm ed-dînum Abû-lqâsim 'Abd el-Kerîm bin Mu'hammed bin 'Abd el-Kerîm b. el-Fadhl er-Râfi'î el-Qaswînî esch-Schâfi'î, et versatur in explicando clarissimi

*) De hoc coenobio Sti Cyriaci vid. Macrizi's Gesch. der Copten, von F. Wüstenfeld, pag. 108.

**) Hujus codicis enarratio cum errore nostro praetermissa sit supra, ubi agebatur de codicibus ad jurisprudentiam spectantibus, aptissimus nobis visus est hic locus ad reparandam omissionem.

Ghazâlii libro: الوجيز, de jurisprudentia secundum principia scholae Schâfi'iticae; vid. Sojutii librum de interpretibus Korani, ed. Meursinge, pag. 21. n. 63. cum annotatione editoris. — Fol. 2. r. legitur titulus, quem dedimus, adjecto auctoris nomine*). In limine praefationis, fol. 2. v., idem nomen repetitur. Quam rationem in conscribendo libro secutus sit, his verbis deinde exponit Schihâb ed-dînus: وبعد فاني كنت جمعت كتابا في غريب شرح الوجيز للرافعي واوسعت فيه من تصاريف الكلمة واضفت اليه زيادات من لغة غيره ومن الالفاظ المشتبهات والمتماثلات ومن اعراب الشواهد وبيان معانيها وغير ذلك --- وقسمت كل حرف منه باعتبار اللفظ الى اسما متنوعة الى مكسور الاول ومضموم الاول ومفتوح الاول والى افعال cet. Ipsum lexicon incipit fol. 3. v.: كتاب الالف مع البا وما يثلثهما ، . — In coronide (خاتمة), quae librum claudit, fol. 471. r.—488. v., de fontibus quoque agit, e quibus hauserit; laudantur in his: التهذيب للازهري ، — المجمل لابن فارس ; — اصلاح المنطق لابن السكيت ، aliique ejusdem scriptoris libri; scripta Abû Bekri Ibn el-Anbârî et Abû Zeidi Sa'îd b. Aus et Ibn Quteibae; ديوان الادب للفارابي ، — الصحاح للجوهري ; — اساس البلاغة للزمخشري ، — المعرب للمطرزي ; et alia permulta. Absolvit scriptionem codicis Abû -ssurûr Ibn 'Abd el-Kerîm Ibn Mu'hammed Bedri (بدرى?) b. A'hmed Ibn Ibrâhîm el-Bûtig'î*), mense Scha'bân a. 198., ut legitur fol. 488. v.; sed legendum fortasse 1098. (Chr. 1687.)

Codex noster inclusus est capsula, in cujus operculo scriptum est: المصباح في اللغة ، . Similis inscriptio legitur in cod. Gothano 488.**)

*) Praenomen honorificum Schihâb ed-din in nostro tamen codice non deprehendimus, sed e Catal. Bibl. Goth. n. 488. deprompsimus. — Libri titulum praefatio quoque repetit.

*) Vid. Sujûtii Lubb el-lubâb, ed. Veth., s. v.

**) Möllerus in descriptione hujus codicis annotat Schihab ed-dînum opus suum ad finem perduxisse a. h. 744. (Chr. 134$\frac{3}{4}$.)

CODICES RHETORICI.

CC.

(N. 48. in fol.; olim N. 70. in 8vo.)

Codex in fol. minore, foll. 280. chartae orientalis laevigatae, char. Nesta'lîq bene scriptus. Continet *Sa'd ed-dîni Mes'ûd bin 'Omar et-Teftâzânî Commentarium uberiorem in Mu'hammedis*) bin 'Abd er-Ra'hmân el-Qazwînî librum,* qui vocatur: تلخيص المفتاح ، i. e. *Epitome libri* مفتاح العلوم, *Clavis scientiarum*, scripti ab Abû Ja'qûb Jûsuf es-Sekkâkî. De Qazwînii epitome vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. II. pag. 402. sqq.; Fleischer in Catal. Bibl. Senat. Lips. n. XXXII.; Krafft, Handschriften der orient. Akad., n. LXIX.; de commentario nostro praeter 'Hâg'î Chalfam, l. l., pag. 404., Fleischer, in Catal. Bibl. Dresd. n. 344. Is vulgo vocatur المطول i. e. (Commentarius) *uberior**), ut distinguatur a commentario breviore, quem continet codex proxime sequens. — Initium praefationis, fol. 1. v.: الحمد لله الذى الهمنا حقايق المعانى ودقايق البيان وخصصنا ببدايع الايد وروايع الاحسان ، . In margine et inter lineas notae passim adjectae sunt per totum librum. Desinit fol. 280. r., absolutus mense Reg'eb a. 1058. (Chr. 1648.),

*) Nomen Mu'hammed, quod in praefatione codicis nostri legitur, alii quoque viri docti huic scriptori tribuunt; apud 'Hâg'i Chalfam tamen, quem sequuntur alii, vocatur ille *Ma'hmûd.* Praenomen honorificum fuisse videtur *G'elâl ed-din*; sed apud Krafftium expressum es G'emâl ed-din.

*) Praefixum est codici folium, numero non signatum, cui inscripta est haec libri designatio vulgaris: مطول.

manu 'Huseini bin 'Omar, in urbe Buda (بمحروسهٔ بدون).

CCI.

(N. 35. in 8vo; olim N. 16. in 8vo.)

Ejusdem *Teftâzânii Commentarius brevior* (المختصر) *in librum eundem;* codex in 8vo, foll. 149. chartae orientalis laevigatae, char. Nesta'lîq optime scriptus, in margine et inter lineas annotationibus passim auctus. Folio, quod praecedit ipsum librum, inscripta est designatio vulgaris مختصر. Praefatio legitur fol. 1. v., ubi auctoris nomen sic scribitur: مسعود ابن عمر المدعو بسعد التغتازانی ، . Eandem cognominis formam alios quoque libros non paucos exhibere notum est; praestat tamen lectio *et-Teftâzânî*, quam inter alios tuetur Sujûṭii auctoritas in libro Lubb el-lubâb. Absolvitur commentarius fol. 149. r.; subscriptio finalis, fol. 149. v., scriptum esse docet a Mu'hammede Szâdiq bin Musztafâ b. Mu'hammed, in gratiam filii Mu'hammed Sa'îd, mense Rebî' posteriore a. 1122. (Chr. 1710.)

Impressus est hic commentarius Calcuttae, a. Chr. 1813. — Ceterum vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. II. pag. 404.; Catal. Bibl. Goth. n. 528.; Krafft, Handschriften der orient. Akad., n. LXX. — Codex a b. von Haven Qâhirae comparatus; conf. J. D. Michaelis lit. Briefwechsel, Th. II. pag. 40. n. 14.

CCII.

(N. 111. in 4to, olim N. 34. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 228. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, continens *partem primam libri* كتاب معاهد التنصيص على شواهد التلخيص ، conscripti ab *'Abd er-Ra'hîmo Ibn el-'Abbâsî* ad illustranda poëtarum dicta, in Qazwînii تلخيص المفتاح allegata. De hoc commentario vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. II. pag. 411. Fol. 2. r. legitur titulus, quem dedimus supra, adjecto auctoris nomine, omissa tamen vocula "Ibn", quam supplevimus ex 'Hâg'î Chalfa. Initium praefationis, fol. 2. v., concordat cum eis, quae laudat idem. Procedit codex noster usque ad initium sectionis tertiae (الفنّ الثالث فى علم البديع) libri Telchîsz. Secundum subscriptionem finalem, fol. 227. v., exaratus est codex mense Szafer a. 1156. (Chr. 1743.); pars altera incipere debebat ab his verbis: قول ابى تمـــــام ،

تردى ثياب الموت حمرا فما اتى ،

لها الليل الّا وهى من سندس خضر ،

Conf. Catal. Bibl. Lugd. pag. 472. n. 1557.

CCIII.

(N. 112. in 4to; olim N. 33. in 4to.)

'Abd er-Ra'hmâni bin 'Îsâ bin Murschcd el-'Umarî (aut el-'Amrî) Commentarius in *Sujûṭii carmen iambicum*, quod vocatur: عقود الجمان فى علم المعانى والبيان ، i. e. Monilia margaritarum, carmen agens de doctrina sententiarum et expositionis; codex in 4to, foll. 374. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus. Sujûṭii carmen metrica compositio est libri Telchîsz el-Miftâ'h, in quo illustrando codices praecedentes versantur; vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. IV. pag. 237. — Fol. 2. r. legitur titulus, primam commentarii partem spectans: الجزء الاول من شرح عقود الجمان فى علم المعانى والبيان للعلامة ابن مرشد الحنفى عفى الله تعالى عنه امين ، Initium libri, fol. 3. r.: اما بعد فيقول فى شرح الناظم ما يقتضى ان نظم قال ابتداى ففيه عدول عن مقتضى الظاهر - - - ، . Vox قال, quam explicat, prima est carminis Sujûṭii, cujus hoc est initium:

قال الفقير عابد الرحمـــن ، الحمد لله على البيـــــان ،
وافضل الصلاة والسـلام ، على النبى افصح الانـــام ،
وهذه ارجوزة مثل الجمان ، ضمّنتها علم المعانى والبيان ،

Subscriptio partis primae, fol. 182. v.: انتهى وبهذا انتهى بنا الكلام فى شرح الفن الاول من فنون هذا الكتاب وهو علم المعانى ويليه فن البيان وهو الفن الثانى ، قال المولف رحمه الله فى مسودته وكان الفراغ من تسويده فى غرة شهر ربيع الاخر من شهور سنة اثنتين وعشرين بعد الالف من الهجرة النبوية المصطفوية بمكة المشرفة السنية ، ثم قال بعد كلمات وكان الفراغ من تسويد

الفنين الآخرين سابقا على الفراغ من تسويد هذا الفن، وذلك حسبما اقتضاه الحال وعنّ، كما يشهد بذلك تواريخ الفراغ من الفنون المذكورة، على ما هي فى آخر كل فن مسطوره، — — — قل ذلك بفمه ورقمه بعلمه [leg.: بقلمه] مؤلفه العبد الفقير الى المولى القدير عبد الرحمن بن عيسى ابن مرشد العمرى الحنفى cet.

Fol. 183. r. nihil scriptum est; fol. 183. v. legitur annotatio grammatica, quam hic transscribere juvat: فايدة قل فى المغنى*) قد تقع الهمزة فعْلا وذلك انهم يقولون وَأَى بمعنى وعد مضارعه يأى بحذف الواو كما يقولون وَقَى يَقِي ووَنَا يَنِي والامر منه اْه بحذف اللام للامر وبالهاء للسكت فى الوقف — —، فانه يقال كيف رفع اسم انّ وصفته الاولى والجواب انّ الهمزة فعْل امْر والنون للتوكيد والاصل إيْنّ بهمزة مكسورة وياء ساكنة للمخاطبة ونون مشددة للتوكيد ثم حذفت الياء لالتقا الساكنين cet. — Folia 184. 185. vacua sunt.

Fol. 186. r. legitur titulus partis secundae, quae incipit fol. 186. v. Pars tertia (الفن الثالث فى البديع) incipit fol. 251. v. lin. 2. Clauditur codex fol. 371. v.: absoluta est scriptio mense Reg'eb a. 1128. (Chr. 1716.) a librario 'Alî el-Wâṭî (الواطى) el-Mâlikî. Annotatur in fine paginae ejusdem: فى اصل المصنف لهذا الشرح انه صنف الفن الثالث قبل الثانى والثانى قبل الاول بمكة المشرفة — . بمستقره بها وهى مدرسة الوزير محمد باشا رحمه الله، Foliis 372—374. nihil est inscriptum.

CCIV.

(N. 113. in 4to; olim N. 58. in 4to.)

Pars prima commentarii Abû Bekri bin 'Alî el-'Hamawî, vulgo *Ibn 'Hug'g'e* dicti, *in carmen suum de arte ornate dicendi* (البديعية), quod vocavit: تقديم ابى بكر، ; codex in 4to, foll. 307. chartae orientalis, char. Neschi satis bene scriptus. De hoc carmine ipsoque commentario nostro vid. 'Hâg'i Chalfa, vol. II. pag. 34., coll. pag. 31. sq. n. 1735. Mortuus est Ibn 'Hug'g'e a. h. 837. (Chr. $143\frac{3}{4}$.) — Fol. 3. r. legitur titulus: كتاب شرح البديعيه للشيخ — — ابى بكر بن حجه الحموى — —، . Infra minio exarata sunt disticha duo:

كتبت وقد ايقنتُ يوم كتبته،
بان يدى تفنى ويبقى كتابـــها،
واعلم ان الله سايلها غـــدا،
فيا ليت شعرى ما يكون جوابُها،

Praefationis initium, fol. 3. v., post Besmelam: قل — — — ابو المحاسن تقى الدين ملك المتادبين ابو بكر بن حجة الحنفى القادرى الحموى — — وبعد فهذه البديعيه التى نسجتها بمدحه صلعم على منوال طرح البرده cet. Excitavit scriptorem ad componendum hoc carmen doctissimus vir Mu'hammed Ibn el-Bârizî*) el-G'uhanî (الجهنى). Aemulatus est et superare sibi visus similis argumenti carmina 'Izz ed-dîni el-Mauszilî**) et Szafijj ed-dîni el-'Hillî.***) Subscriptio finalis, fol. 304. r.: انتهى، هذا اخر الجز[ء] الاول من شرح البديعيه، يتلوه ان شا الله فى المجلد الثانى نوع المبالغه من تصنيف مولفه — —، . Absolutus est codex mense Reg'eb a. 1072. (Chr. 1662.), scriptus in usum viri, cui nomen: جمالدين (sic) محمد بن حجارى (sic) بن احمد المصرى ثم الانبابى (?)،

CCV.

(N. 49. in fol.; olim N. 11. in fol.)

Ejusdem commentarii pars altera; codex in fol., foll. 99. chartae orientalis laevigatae,

---

*) Intellige librum مغنى اللبيب clarissimi grammatici Ibn Hischâm.

*) Möllerus in Catal. Bibl. Goth. n. 539. expressit el-Bâdiri, quod non probamus; neque is hoc carmen composuit, ut Möllerus tradit, secutus fortasse errores Catalogi Bibl. Paris. n. 1382., Casirii in Bibl. Escur. vol. I. n. CCXCII. et Urii in Catal. Bibl. Bodl. ad n. 1202. 1261.

**) Vid. 'Hâg'i Chalfa, vol. II. pag. 36. n. 1742.

***) Vid. 'Hâg'i Chalfa, l. l. pag. 33. n. 1736. — Codex quoque Berolinensis, de quo egit G. H. Bernstein in prooemio ad ejusdem Szafieddini Hillensis carmen, Lipsiae a. 1816. editum, pag. 5. 6., Ibn Hug'g'ae carmen rhetoricum spectare videtur.

char. Neschi bene scriptus. Fol. 1. r. inscriptus est titulus, eleganter exornatus: الثانى من شرح البديعية للشيخ ابى المحاسن تقى الدين ابن حجه رحمه الله ، . Supra annotatum est: "Haggiae Comment. in Bediah Tomus IIdus." Incipit fol. 1. v. ubi subsistebat codex praecedens; primo enim loco agitur de hyperbole (المبالغة). Desinit codex in fine folii 99.; sed aliquid deesse videtur.

CCVI.

(N. 114. in 4to; olim N. 18. in 8vo.)

Codex in 4to, foll. 82. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, continens *'Abd er-Raûfi el-Munâwî* librum, qui vocatur: كتاب عماد البلاغة ، i. e. *Columna eloquentiae,* compendium, ut praefatio docet, libri: ثمرات القلوب*) ، , Fructus cordium, auctore Abû Manszûr 'Abd el-Melik bin Mu'hammed eϑ-Θa'âlibî, mortuo a. h. 430. (Chr. 103$\frac{8}{9}$.) De Θa'âlibii opere, quod versatur in explicandis vocibus, quae adjuncto vel genitivo vel adjectivo relativo in oratione soluta et ligata tropice usurpari solent, vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. II. pag. 493., et P. de Gayangos, the hist. of the Mohammedan dynasties in Spain, vol. I. pag. 330. sqq.**); de compendio 'Abd er-Raûfi, mortui a. h. 1031. (Chr. 162$\frac{1}{2}$.), 'Hâg'î Chalfa, vol. IV. pag. 253.***) Sed hoc compendium, ut arguit codex noster, eas tantum voces complectitur, quibus jungitur genitivus, paucissimis exceptis, referendis ad المنسوب †). —

*) Vel ثمار القلوب.

**) Corrigenda apud clar. de Gayangos et pronuntiatio vocis ثمار et explicatio vocabulorum المضاف et المنسوب.

***) Alia ejusdem auctoris scripta recenset idem vol. I. pag. 150. n. 59. et pag. 259. sq. n. 529.; vol. II. pag. 466. n. 3761. et pag. 552.

†) Similis argumenti Θa'âlibii librum Hammerus recensuit: Wiener Jahrbb. vol. LXII. Anzeigebl. pag. 5. sqq.

Codicis fol. 1. r. inscriptus est titulus: كتاب عماد البلاغة وهو مختصر المضاف والمنسوب للثعالبى اختصار العلامة عبد الرؤف المناوى رحمه الله امين ، . Praefatio, quam in describendo libro secutus est 'Hâg'î Chalfa, ipsumque libri initium leguntur fol. 1. v. Et primo quidem loco agitur de ابدال الشام; ultimo loco, fol. 82. r., de يوم عبيد.

CCVII.

(N. 115. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 37. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus. Continet is:

I. *Librum de miraculis eloquentiae* (Prophetae) *et de breviter dictis,* qui vocatur: كتاب الاعجاز والايجاز ، , auctore eodem *eϑ-Θa'âlibî,* de quo diximus ad codicem praecedentem. Minus recte alii hunc librum vocant: اعجاز الايجاز ، , ut 'Hâg'î Chalfa, vol. I. pag. 350., aut: كتاب الاعجاز فى الايجاز ، , ut legitur in Catal. Bibl. Paris. n. MCDIV, 2. et apud Urium, in Catal. Bibl. Bodl. n. 338.; ab aliis vero haud incommode appellatur: غرر البلاغة ، i. e. Lumina eloquentiae; vid. Herbelot, s. v. Egias fil Igiaz et s. v. Gorar al-belagat, et Catal. Paris. l. l.; sed eam designationem neque in codice nostro reperimus neque apud 'Hâg'î Chalfam. — Fol. 1. r. inscripta sunt haec: كتاب الاعجاز والايجاز، اما الاعجاز فلكلام (leg.: فكلام) الله تعالى وكلام النبى صلعم واما الايجاز فلاعيان البلاغة واعلام البراعة سحرة الشعر[ا] من اصحاب وسايط القلايد وافراد القصايد*) تاليف الشيخ العلامة العمدة الفهامة الثعالبى رحمه الله سبحانه وتعالى امين ، . Praefationis initium fol. 1. v.: اما بعد حمد الله عز اسمه والصلاة الخ ، . Dedicatus est liber Abû Sa'do Mu'hammed bin 'Ahmed b. Ghassân et in decem capita divisus. Absolvitur fol. 29. r., scriptus mense Rebî' secundo a. 1079. (Chr. 1668.) manu Ibrâhîmi bin Sâlim 'Hanefitae, vulgo القطان dicti. — Typis eum librum exprimi

*) Haec omnia e praefatione libri deprompta sunt.

curavit cum interpretatione Latina et commentario J. J. Ph. Valeton, Lugd. Bat. 1844. 4to. — Sequuntur:

II. Fol. 29. v.—35. v. *Sententiae centum*, quae tribuuntur *Chalifae 'Alí bin Abí Tâlib:* مایة كلمة من كلام امیر المومنین علی بن ابی طالب ، adjecto commentario brevi.

III. Fol. 35. v. lin. 5.—extr. *Initium carminis*, quod vocatur: القصیدة الزینبیة ، eidemque tribuitur auctori. Distichon primum:

صرمت حبالك بعد وصلك زینب ،

والدهر فیه تصرّف وتقلب ،

Exciderunt folia nonnulla post fol. 35., desinens in disticho decimo sexto.

IV. Fol. 36., quod nunc est, et 37. r. legitur: حدیث ام زرع ، multis annotationibus in margine et inter lineas illustrata. Initium hoc est: حدثنا علی بن حجر انا عیسی بن یونس عن هشام بن عروة عن اخیه عبد الله بن عروة عن عایشة رضی الله عنها قالت جلست احدی عشرة امرأة تعاهدن وتعاقدن ان لا یکتمن من اخبار ازواجهن شیا فقالت الاولی الخ ،

CCVIII.

(N. 116. in 4to; olim N. 74. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 32. chartae, ut videtur, Europaeae, char. Africano recentiore bene scriptus. Fol. 1. r. char. Rabbinico, sed lingua Hispanica, inscripta sunt haec: "El nombre de este libro es, como se escribe las cartas para los reyes y para los sabios y para los hijos de reyes y para los santos y los - - *); y tambien de la suerte, que se escriben los papeles de casamientos y quitanzas y de compras y ventas y herencias y debitos y pagamentos." Continet enim codex:

I. Fol. 1. v.—15. v. *Exordia epistolarum* ad reges aliosque viros illustres scribendarum. Inscriptio fol. 1. v. post 'Hamdalam et 'Haulaqam haec est: هذا كناش مجموع فیه بعض مطالع اول الفاظ الرسایل للملوك واولادهم والعلما والفقها والصالحین ، Subscriptio finalis, fol. 15. v.: بحمد الله كما وجد فی غیر هذا ، — Sequuntur:

II. Fol. 16. r.—32. v. *Contractuum specimina*, quorum haec est inscriptio: هذا كناش فیه بعض الوثایق الفاظ ما یكتب فی الرسوم وهم العقود ،

*) Vocem, quae hic scripta est, non eruimus.

CCIX.

(N. 50. in fol.; olim N. 24. in fol.)

Codex in fol., foll. 231. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi non male scriptus, continens librum qui vocatur: كتاب بدائع البدائه *) i. e. *Ex tempore dicta insignia*, compositum a *G'emâl ed-dîno Abû -l'hasan 'Alí bin Zhâfir*, mortuo a. h. 623. (Chr. 1226.) Fol. 1. r. inscriptus est titulus: هذا كتاب بدایع البدایه البدایه**) فی علم الادب للامام الهمام اوحد العلا***) الاعلام ابن ظافر نفع الله به المسلمین امین ، Praefationis initium, fol. 1. v.: اللهم أسبل علینا سترك الجمیل ، وأسبغ لدینا غطاءك الجزیل ، Continet praefatio, praeter ea, quae libri originem et dispositionem spectant, introductionem in librum insequentem, cujus sectio prior agit de significatione vocabulorum البدیهة et الارتجال; posterior discrimen exponit, quod intercedit inter utrumque. Ipsa, quae sequitur, collectio narrationum de versibus et carminibus ex tempore dictis divisa est in capita quinque, quorum hi sunt indices:

فی بدایع بدایه الاجوبة ، Cap. I.: fol. 6. v.
الاجازة †) ، ——————— „ II.: „ 33. v.

*) Sic corrigendus libri titulus in 'Hâg'î Chalfae editione Flügeliana, vol. II. pag. 26. n. 1705.

**) Repetita per errorem vox البدایه.

***) Ita scriptum videtur, sed legendum est: العلما.

†) Fol. 33. v.: الاجازة ان ینظم علی شعر غیره فی معناه ما یكون به تمامه وتكون بین متعاصرین وغیر متعاصرین وهی مشتقة من الاجازة فی السقی من اجازه اذا سقا او سقی له ،

Cap. III.: fol. 93. r. في بدايع بدايه التمليط*)،

Cap. IV.: fol. 127. v. في بدايع بدايه الواقعة على العمل في مقصود واحد،

„ V.: „ 155. v. „ في بقية بدايع البدايه،

Fol. 230. v. 231. r. legitur epilogus auctoris: قل ابن ظافر قد ضمنت هذا الكتاب البديع النظم الغريب الاسم ما وقع لي الى هذا التاريخ من حكايات البدايه وكلما فيه من السجع فخاطري جالب دُرّه وحالب دَرّه وساكب قطره الا ما استثنيت الخ، — Scriptionis annus non notatur.

*) Fol. 93. r. v.: التمليط هو ان يجتمع شاعران فصاعدا على تجريب خواطرهم على العمل في معنى واحد، -- والفرق بينه وبين الاجازة ان التمليط يتفق فيه الشعراء قبل العمل عليه او يُنْدَبون لذلك وتتكرّر منهم المناوبة وليس هذان من شروط الاجازة،

ANTHOLOGIAE ET COLLECTIONES,

LITTERAS ELEGANTIORES MAXIME SPECTANTES, ET SOLUTA ORATIONE ET LIGATA SCRIPTA CONTINENTES.

CCX.

(N. 117. in 4to.)

Codex Reiskianus in 4to, cui duplex praefixus est titulus, alter ab ipso Reiskio scriptus, alter manu J. C. Krügeri, Diaconi Crimmitschaviensis, ex illo repetitus: روض الاخيار في ربيع الابرار لابي احمد بن الخطيب قاسم بن يعقوب الاماسي "Descripsit e codice Msto quondam Seebischiano, nunc Bibliothecae Regiae Dresdanae, mensibus Junio, Julio et Augusto, 1755. Jo. Jacobus Reiske." De quo codice vid. Fleischeri Catal. Bibl. Dresd. n. 404., ubi inscriptio libri rectius sic reddita est: روض الاخيار المنتخب من ربيع الابرار، i. e. *Prata optimorum*, liber *delectus e Zamachscharii opere*, quod vocatur *Ver justorum*. Hujus compendii utilissimi auctor est *Mu'hji ed-din Abû A'hmed Mu'hammed Ibn el-Chatib Qâsim bin Ja'qûb*, Amasianus, mortuus a. h. 940. (Chr. 1533/4.) Conf. 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 344. sq. et 484. Quinquaginta capitum indicem dedit Hammerus, Wiener Jahrbb. vol. LXIII. Anzeigebl. pag. 4. sq. — Codicis nostri pag. 1. sq. legitur index in librum insequentem: فهرست ما في الكتاب، ; praefatio incipit pag. 3.; caput primum (الروضة الاولى) pag. 4. Absolvitur totus liber pag. 225., ubi annotavit Reiskius: "Absolvi d. 26. Augusti 1755. Laus Deo!" Sequuntur deinde *Glossae Arabicae* marginales codicis Dresdensis, paginas 155. occupantes, quibus inscripsit Reiskius: "Commentarii ad Randh ol Achjari." Subscriptio finalis: "Absolvi adspirante deo d. 20. Julii 1755." — Adjecti sunt denique indices copiosissimi in commentarios illos, et generalis, et speciales duo, de nominibus incipientibus a vocibus "Ibn" et "Abû"; de quibus Reiskius: "Hos indices confecit in gratiam meam circa annum 1762. M. Jo. Christian Krüger, anno superiori Crimmitschauae, ubi Diaconum agebat, defunctus. Jo. Jacob Reiske. Lips. anno 1768." — Ultimo codicis folio inscripti sunt primi versus XVII. carminis notissimi *en-Nâbighae*: قصيدة النابغة الدالية، quod edidit Silvestre de Sacy in Chrestomathia Arab., edit. II. vol. II. pag. 143—149. Ejusdem carminis exemplum integrum, a Krügero fortasse exaratum, cum codice nostro asservatur. — Ceterum conf. Reiskens Lebensbeschr. pag. 159. n. 13.; sed quae ibi leguntur, correctione egent.

CCXI.

(N. 118. in 4to.)

Codex in 4to, *Excerpta* tenens *Reiskiana e libro anthologico*, cujus nomen in nostro quidem codice non reperitur, sed quem non dubitamus esse anthologiam jucundissimam, quae vocatur: كتاب ريّحان الالباب وريعان الشباب فى مراتب الآداب ، i. e. *Ocimum cordium et flos juventutis,* liber agens *de gradibus institutionis*, conditam, secundum 'Hâg'î Chalfam, vol. III. pag. 523., ab illustri viro *Abû -lqâsim Mu'hammed bin Ibrahîm bin Chaire bin el-Medâ'înî,* Hispalensi.*) Ex hujus enim libri apographo Lugdunensi (in catal. impresso pag. 485. n. 1872.) Reiskium excerpta sibi comparasse e Prodidagmatis ad Hagji Chalifae tabulas, pag. 234. n. 10., et vita Reiskii, Germanice scripta, pag. 162. n. 21., notum est, codicisque argumentum et indoles iis, quae de anthologia illa comperta habemus, bene respondent**). Dividitur ea, uti videtur, in sectiones majores et minores, quae appellantur مراتب et مراقب. Sic enim legitur in limine excerptorum Reiskii:

مرتبة الاشعار والاخبار
وعلينا فى هذا المجموع عمدة المدار الخ ،
et infra: وهذا تفصيل مراقب هذا الكتاب ـــ ، مرقبة الصبر والقناعة ونزاهة النفس وبعد الهمة ، مرقبة الورع والامانة والوفا واداب السيادة ، مرقبة الدها وافادة التجارب فى زيادة العقل والعلم ، مرقبة جمهرة نوادر من اخبار الجماهير، مرقبة الجود والسماحة والكرم والمياسرة ، مرقبة الاقدام والحماسة ولمعة من اشعار اهل الملك والرياسة ، مرقبة سرعة الجواب الحاضر والكلام المسكت فى المحاضر ، مرقبة الملح والمناقلات والنوادر والمضحكات ، مرقبة المواعظ والتزهيد والانتباه عما فى العاجلة من الحظ الزهيد ،

Quae verba excipit ipsa مرقبة prima. Occupant excerpta Reiskii folia quattuor, numeris non signata, et paginas 1—19. 29—54. 61—74. 77—87. 95—114. 117—123. 129—137. 145—170. 177—203. 209—235. 239 b. 240 b. 241—252. 257—268. — Pag. 55. legitur: "Hic sequebatur historia Hassan et Omru, Tobbaitarum Himjaritarum, quam habebam in Ibn Arabi محاضرة الابرار p. 195. 196., quare describere hic iterum nolui." — Reliqua nihil habent scripti.

CCXII.

(N. 119. in 4to; olim N. 92. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 93. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi inaequaliter scriptus. Continet is:

I. *Anthologiam,* quae vocatur: كتاب المرقص والمطرب ، vel plenius, ut in praefatione legitur: عنوان المرقصات والمطربات ، compositam a *Nûr eddino Abû -l'hasan 'Ali bin Mûsâ bin Mu'hammed b. 'Abd el-Melik b. Sa'îd*, Hispano, de quo vid. P. de Gayangos, the hist. of the Mohammedan dynasties in Spain, vol. I. pag. 309. sq. Fol. 1. r. praeter libri titulum varia leguntur, in his disticha tria, quibus inscriptum est: لكاتبه الحقير احمد بن الشيخ يوسف الارمنازى ، . Praefationis initium, fol. 1. v.: قل رئيس الادبا وعميد الفضلا نور الدين ابو الحسن على بن الوزير العالم ابى عمران موسى بن محمد بن عبد الملك بن سعيد بن خلف بن سعيد بن محمد بن عبد الله بن

*) Dubitamus de veritate lectionis in nominibus خيرة et المداعينى. Apud Casirium, vol. II. pag. 73., legitur: "Mohamad ben Abraham, vulgo Abulcassemus, apud Arabas vero *Ebn Almuaini* nomine clarior, *Cordubensis,* – – Granatae Cancellarii munere functus." Idem mortuum esse nostrum narrat a. h. 564. (Chr. 116 8/9.), quod non repugnat iis, quae ex anthologia ejus deprompsit P. de Gayangos, the hist. of the Moh. dynasties in Spain, vol. I. pag. 516. Sed perperam Casirius duos libros fecit ex uno, inter Mu'hammedis scripta corrupto nomine recensens et ريحان الاداب et ريعان الشباب.

**) Nec obstant quae de divisione libri tradidit clar. de Gayangos, l. l., iis non omnino congrua, quae narravit Reiskius in Prodidagmatis, l. l., et confirmat codicis nostri argumentum. Non enim sufficiunt, quae praesto sunt, ad pernoscendam totius operis singularumque ejus partium rationem atque dispositionem.

سعيد بن الحسن بن عثمان بن محمد بن عبد الله بن عمار بن ياسر العنسى*) الاندلسى اما بعد حمد الله الذى شرف الانسان على ساير انواع الحيوان. Excerpsit auctor, ut in praefatione ipse narrat, tenuem hunc libellum e majore libro, quem scribere instituerat sub titulo: جامع المرقصات والمطربات وما يغنون به عن ساير الطبقات, collecto e duobus amplissimis operibus: المشرق فى حلى اهل المشرق et المغرب فى حلى اهل المغرب, centum et quinquaginta libros complectentibus et per spatium annorum CXV. compositis a sex viris, philologiae studiosis, quorum ipse noster Nûr ed-dînus fuit ultimus**). Continet codex fol. 3. r.—8. r. pauca solutae orationis specimina, e variis scriptoribus deprompta, ut ex 'Abd allâh Ibn el-Mu'tazz, Abû -nnaszr el-'Utbî, Bedî' ez-Zemân el-Hamadânî, el-'Harîrî, aliisque. Sequuntur deinde disticha et poëmatia poëtarum cum orientalium tum occidentalium, et primum quidem inde a fol. 8. r.: المرقصات والمطربات من محاسن شعراء الجاهلية امامهم وحامل لوائهم امرء القيس. Recensentur h. l. praeter Amru el-Qaisum en-Nâbigha eδ-Δubjânî, 'Antara, Ṭarafa, cet.; quos excipiunt fol. 10. r. المخضرمون, ut Lebîdus, en-Nâbigha el-G'a'dî, Ka'b bin Zuheir, aliique; fol. 11. v.: شعراء الاسلام الى انقضاء الدولة الاموية, ut Temîmus, el-Ferazdaq, cet.; fol. 15. r.: المخضرمون الباقون من شعراء الدولتين***); ibidemque: من شعراء صدر الدولة العباسية. Fol. 16. r. sequuntur poëtae orientis a saeculo post fugam tertio usque ad septimum; fol. 24. v. poëtae occidentis inde a saeculo quarto: شعراء المغرب من اول الديار المصرية الى البحر المحيط والجاهلية وما بعدها الى المائة الرابعة عاطلة مما هو من شرط هذا الكتاب. Clauditur liber fol. 31. v.; subjunxit autem librarius de auctore libri notitiam, cui superscripsit: نقل صاحب مجانى البصر فى تاريخ اهل العصر, et in qua natus esse dicitur Nûr ed-dînus Gharnâṭae*) in Hispania, a. h. 610. (Chr. 1213/4.) Varia denique excerpta adjecta sunt fol. 32. r.—33. r. — Sequitur:

II. Fol. 33. v.—93. r. bona *pars corporis poëtarum* antiquiorum, *ab Abû Temmâmo congesti,* et vulgo *el-'Hamâsa* vocati. In limine libri legitur: ويتلوه ان شاء الله تعالى كتاب الحماسة نفع الله به امين. Praefationis initium hoc est: قال الشيخ الامام ابو الحسن على بن ثروان بن الحسن الكندى قرات على الشيخ — ابى منصور موهوب بن احمد — الجواليقى — قال قرات على الشيخ ابى زكريا — التبريزى — قال قرات على ابى العلا احمد بن عبد الله بن سليمان التنوخى المعرى بمعرة النعمان كتاب الحماسة اجمع وكان ابو العلا cet. Caput primum (باب الحماسة) incipit fol. 33. v. extr., et in primis quidem carminibus rarissimae adjectae sunt annotationes, reliqua vero notis omnino destituta. Non una manu videtur exarata haec codicis pars posterior, desinitque fol. 93. r. lin. 6. in medio carmine, cujus auctor secundum codicem nostrum: زياد بن جمل بن سعد ابن عميرة بن حرب; sed conf. editionem cl. Freytagii, pag ٦٠٨, lin. 5. a fine pag. Ultima codicis verba sunt: يا ليت شعرى; sed corrigendum est: بل ليت; vid. Freyt. pag. ٦١٥, lin. 1.

CCXIII.

(N. 120. in 4to.)

Codex Reiskianus in 4to, complectens *Excerpta varia e Nuweirii Encyclopaedia Arabica,* cui nomen: نهاية الارب فى فنون الادب; conf. ad cod. CXXIX. Et primum quidem tribus foliis continetur "Argumentum operis Nuweiriani ex ejus praefatione," Arabice, sed a Reiskio Latine versum in Prodidagmatis ad Hagji Chalifae tabulas, pag. 232. sqq. Sequitur

*) De hoc cognomine conf. annotationem b. H. E. Weijers ad Sojutii librum de interpretibus Korani, ed. Meursinge, pag. 85. n. 43.

**) De utroque libro *el-Muschriq* et *el-Mughrib*, a proavo scriptoris nostri ejusque posteris condito, vid. quae alio loco tradidit ipse Nûr ed-dinus: the hist. of the Mohamm. dynasties in Spain, vol. I. pag. 195. sq., coll annotatione clar. de Gayangos, pag. 477. sq., qui hujus quoque anthologiae mentionem fecit.

***) Umajjadarum intellige et 'Abbâsidarum dynastias.

*) Corrigendus ex bis Casirius, vol. II. pag. 110.; sed vid. de Gayangos, l. l., pag. 309.

pag. 1—6. historici argumenti particula: ذكر خبر انتزاع قصى البيت ومكة من خزاعة ومن ولى البيت من بعد اسماعيل الى ان انتزعه قصى بن كلاب ; quae narratio ex quanam operis parte deprompta sit, a Reiskio non indicatum est. Excipiunt eam excerpta e capite primo partis secundae libri secundi, من الباب الاول من القسم الثانى من الفنّ الثانى, quorum hae sunt inscriptiones: pag. 8.: مما يتمثل به من اشعار الجاهلية ; pag. 15.: ومن اشعار المخضرمين ; pag. 18.: ومن اشعار المتقدمين فى صدر الاسلام ; pag. 21.: ومن اشعار المحدثين. In fine hujus sectionis, pag. 35., notatur: "Finis Apophthegmatum." Paginis 36—42. continetur ejusdem partis caput secundum, "de superstitionibus Arabum", اوابد العرب (leg. فى) من; paginis 42—44. capitis tertii et quarti pars. Paginae 45—80. desiderantur; paginae 81—201. pertinent ad capita I—III. partis tertiae libri secundi, quae agunt de iis, quae scriptores aut poëtae dixerint in laudem virtutum; de iis, quae dicta et narrata in vituperationem; de jocose denique, rare, argute lepideque dictis. — Haec omnia altera olim excerptorum series excipiebat, quae tantum non tota periit; nam quattuor solum ejus paginae supersunt, historici argumenti, et paginae quidem CIX. CX., Arabum historiam antiquam spectantes, CXV. vero et CXVI., ad Noachidarum historiam pertinentes. "Index in Nuweirium," qui codicem claudit, excerptorum partes deperditas quoque spectat, de quibus haec sunt Reiskii verba, ligaturae parti interiori inscripta: "Magna pars huius libri (cum nondum esset compactus) mihi periit Leidae, beneficio cl. Schultensii, junioris, cui commodaveram. Hinc fit, ut plura citentur in indice, quam sunt in ipso libro."

Partem hujus codicis publici juris fecit b. J. L. Rasmussen in Additamentis ad hist. Arabum ante Islamismum, pag. ٦٦—٧٧., quae respondent codicis pagg. 36. lin. 1.—42. lin. 8. et pagg. 42. lin. 19.—44. extr. Paginis 37—40. notulas nonnullas adscripsit idem vir doctus, quae tamen à Reiskianis, eleganter scriptis, facile distinguuntur. — Conf. praeterea Reiskens Lebensbeschr. pag. 163. n. 24.

CCXIV.

(N. 121. in 4to; olim N. 40. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 110. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi mediocriter scriptus, continens *anthologiam eroticam*, quae vocatur: ديوان الصبابة, collectam a *Schihâb ed-dîno Abû-l'Abbas A'hmed bin Ja'hjâ b. Abî Bekr et-Tilimsânî*, vulgo *Ibn Abî 'Hag'ala* dicto, auctore libri es-Sukkurdân, de quo egimus ad codd. CXLIV. CXLV. Conf. 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 290.; Herbelot s. vv. Hagelah et Sababat; Journal of the American Orient. Soc. 1847. vol. I. pag. XXIII. In codice quidem nostro collectoris nomen nusquam apparet; nihilominus hunc esse Ibn Abî 'Hag'alae librum certissimum est, non vero Chafâg'ii, cui suum ejusdem libri exemplum adscripsit Hammerus, Wiener Jahrbb. vol. LXXXVI. Anzeigebl. pag. 41. sq.*) — Fol. 2. r. inscriptus est libri titulus; praefationis initium, fol. 2. v., hoc est: الحمد لله الذى جعل للعاشقين باحكام الغرام رضا. Capitum index legitur fol. 5. v. 6. r.; tractatus introductorius incipit fol. 6. r., caput primum fol. 19. v. Abrumpitur oratio fol. 107. v. in medio cap. XXVII. post verba: وقال محمد بن العفيف**). — Fol. 108. v. inter alia, quae ad ipsum librum non pertinent, legitur testimonium, quo codicem a Domino von

*) Hammeri codicem eundem librum continere capitum index arguit, quem ex illo deprompsit vir illustrissimus. Unius tamen capitis mentionem facere praetermisit, duodevicesimi: فى تعنت المعشوق على الصب المشوق .

**) Eundem Mu'hammedem Ibn el-'Afîf et-Tilimsânî *civem suum* vocat libri auctor vel collector, fol. 107. r. in fine paginae. De hoc scriptore dicemus ad cod. CCXXII. Patrem ejus commemorat 'Hâg'î Chalfa, vol. II. pag. 87. vol. III. pag. 297. n. 5569.

Haven comparatum esse confirmatur: صح أن هذا الكتاب بقى فى ملك لخواجا (sic) فون هاون. Foll. 109. 110. nihil scriptum est.

CCXV.

(N. 122. in 4to; olim N. 59. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 191. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi non pulchre, sed distincte scriptus. Continet librum anthologicum, qui vocatur: كتاب ثمرات الاوراق vel ثمار الاوراق, i. e. *Fructus foliorum*, auctore *Abû Bekr bin 'Alî el-'Hamawî*, vulgo *Ibn 'Hug'g'e* dicto, de quo vid. quae annotavimus ad cod. CCIV.; item 'Hâg'î Chalfae vol. II. pag. 494. et Casirium in Biblioth. Escurial. vol. I. n. DXIV, 1.*) Fol. 2. r. legitur titulus: كتاب ثمرات الاوراق تاليف الامام العالم العلامة حجة العرب وترجمان الادب قاضى قضاة العلم فى البلاغة تقى الدين رحلة الطالبين ملك المتادّبين ابو بكر بن حجة لحنفى منشى دواوين الانشا الشريف (sic) بالممالك الاسلاميه cet. Praefationis initium in codice nostro, fol. 2. v., hoc est: لحمد لله الذى نور بصاير اولى الالباب الخ، وبعد قال الشيخ الامام — ابو بكر ابن حجة — ، اما بعد حمد الله الذى فدينا بثمار اوراق العلما الخ; quae ultima verba sunt eadem, quae laudantur ab 'Hâg'î Chalfa et Casirio. Desinit liber fol. 189. v., exaratus a Mu'hammede Szâli'h bin Ramadhân bin 'Hamd bin Dâûd, et ad finem perductus mense Schawwâl a. 1115. (Chr. 1704.) — Adjecit librarius fol. 190. r. carmen XIX. distichorum, cui inscripsit: قصيدة عظيمة لبعضهم, cujusque initium hoc est:

حلو لجنا فيه امان لمن جنا ، وله الكرامة والرضا لمحبه ،

In margine quoque ejusdem paginae versus nonnulli adscripti sunt, et fol. 190. v. in superiore parte paginae.

*) Conf. etiam Catal. Bibl. Reg. Paris. n. 1595. 1596. et Catal. Bibl. Goth. n. 628—630. — Idem liber intelligendus in Catal. Codd. clar. de Hammer, Wiener Jahrbb. vol. LXIII. Anzeigebl. pag. 21. n. 85.

CCXVI.

(N. 123. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 153., *Collectanea* continens, Reiskii manu scripta.*) Singulae hujus collectionis partes excerptae esse videntur e codice bibliothecae Senat. Lipsiensis, qui in Catalogo Fleischeri signatus est n. CCXCVI. Nam quae continet, haec sunt:

I. Fol. 1. r.**) — 2. r. *Praefatio collectionis Lipsiensis;* fol. 2. r. extr. — 4. v. introductio historica ad insequens *Ka'bi bin Zuheir poëma* clarissimum *in laudem Prophetae,* cujus prima sunt verba: بانت سعاد; fol. 4. v. — 20. r. ipsum poëma cum commentario. Passim adjectae sunt notae marginales, maximam partem criticae. Fluxit ex hoc apographo Lettiana editio, ut narrat Reiskius in vita sua, pag. 49. sq. Conf. Schnurreri biblioth. Arab. pag. 195. sq. — Sequitur:

II. Fol. 20. v. — 117. r. ampla *carminum collectio,* a variis poëtis compositorum, iis, ut non dubitamus, respondens, quae in cod. Lipsiensi leguntur fol. 15. v. — 21. r. et 108. r.—198. r. Annotationum copia satis magna interpretationem maxime spectat. Subscriptio finalis: "Finii d. 16. Sept. 1737." — Deinde:

III. Fol. 119. r.—137. r. *Caput XXIV. libri:* تحفة الظرفا, in quo iambicis versibus *de historia Chalifarum* egit *Mu'hammed bin A'hmed el-Bâ'ûni;* vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. II. pag. 231. sq., et Fleischerus in Catal. Lips. l. l. ad fol. 50. v.—66. r.

*) Minus eleganti manu haec collectio exarata est, quam quae seriore tempore scripsit Reiskius; bonarum artium tum temporis studiosus erat in Universitate Lipsiensi.

**) Fol. 1. r. in margine annotatum est a Reiskio: "Incepi d. 2. Julii 1737.; quocunque die 2. horas impendi."

IV. Fol. 139. r.—142. v.: خطبة المتزوجين لبعض الزرفا*) ساحه الله ; *oratio jocosa de miseriis matrimonii;* vid. Fleischerus l. l. ad fol. 68. r.—71. r. Subscriptio: "d. 23. Sept. 1736. in Bibl. Senat. Lips."

V. Fol. 143. r.—153. v. "*Ludicra*"; incipiunt a narratiunculis de Chalifa Hârûn er-Reschîd, in cod. Lips. fol. 71. v.—73. r. Subscriptio: "d. 1. Octobr. 1737. in Bibl. Senat. Lips."

Enumeratur hic codex in vita Reiskii, Germanice scripta, pag. 156. n. 7. Sed quae antea eodem volumine continebantur, Ibn Dureidum spectantia, infra recensebimus, ubi de codicibus poëticis agemus.

CCXVII.

(N. 124. in 4to; olim N. 1. in 8vo.)

Codiculus in 4to minoris formæ, foll. 29. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi, sed non totus eadem manu scriptus, varia continens, bonas litteras spectantia.

I. Fol. 1. r. et 2. r.—3. v. *Observationes nonnullae philologicae* leguntur, a diversis hominibus et soluta oratione scriptae et ligata, ut de formis vicinis, quae pro vocabulo عنكبوت usu veniunt; de vocabulis Coranicis, litteram ظاء continentibus (في ظاآت القرآن)؛ versus clarissimi grammatici G'emâl ed-dîn Ibn Mâlik, deprompti e collectione manuscripta illustrissimi lexicographi Meg'd ed-dîn Mu'hammed bin Ja'qûb el-Fîrûzâbâdî; versus de orthographia nominis urbis Baghdâd; disticha nonnulla G'elâl ed-dîni es-Sujûtî; de pronuntiatione voculae اف; de interpretatione mystica vocabulorum grammaticorum ابجد حوز اخ. — Sequitur:

II. Fol. 4. r.—9. v. *Carmen Burhân ed-dîni el-Bâ'ûnî*, ejusdem, ut videtur, scriptoris, quem 'Hâg'î Chalfa, vol. I. pag. 237. n. 420., vocat: el-Burhân Ibrahîm bin 'Abd el-La'îf el-Bâ'ûnî, distinguendi ab illo Bâ'ûnio, cujus mentio facta est ad codicem praecedentem.*) Inscriptio, fol. 4. r., haec est: هذا ملخص تضمين الملحة للشيخ الاديب الفاضل برهان الدين الباعوني تغمده الله برحمته امين. Est enim carmen ludicrum, cui inserti sunt versus multi libri grammatici, quem composuit 'Harîrius sub titulo: ملحة الاعراب. Infra inscriptionem de Bâ'ûnio notitia festinante calamo adjecta est, in qua Dîwâni quoque ejus poëtae mentio injicitur. Ipsius carminis initium, fol. 4. v.:

أصبحت شاعرا بليغ القول ،
بحمد ذي الطول الشديد الحول ،

III. Fol. 10. r.—12. v. lin. 4.: مفاخرة السيف والقلم للشيخ زين الدين عمر بن الوردي ، i. e. *Certatio gladii et calami*, auctore *Zein ed-dîn 'Omar Ibn el-Werdî*, notissimi compendii geographici scriptore, quem Sirâg' ed-dînum alii vocant et de quo dictum est ad cod. XCIII. sqq. Initium hoc est: قال لما كان السيف والقلم عدتي العمل والقول وعمدتي الدولة. Ejusdem tractatus, oratione ornata scripti, exemplum alterum habes in cod. nostro CCXXXI. Annexa sunt fol. 12. v.—15. r. carmina nonnulla, festinantius fere scripta, quorum primo inscriptum est: قال الفقيه الامام العالم العلامه شمس الدين الفلاحي المالكي مضمنا لابيات الملحة مدحا فقال رحمه الله تعالى. Ultimum locum occupat:

IV. Fol. 17. r.—29. r. *Ibn Dureidi carmen* clarissimum, المقصورة dictum, scholiis inter lineas adjectis.

CCXVIII.

(N. 51. in fol.; olim N. 33. in fol.)

Codex in fol. formæ angustæ oblongæ, foll. 190. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, continens *anthologiam*, maximam partem poëticam, quam insuum usum conscripsit *Jûnus* quidam, *fil. en-Nâsziri bin Mu'hammed*

*) Correxit Reiskius الظرفا.

*) Apud Herbelotium Burhân ed-dini nostri cognomen corruptum est in Mâ'ûnî; vid. Bibl. Orient. s. v. Maouni.

*bin Mubârek el-Ainâlî.**) Fol. 1. r. inter annotationes varias leguntur etiam haec, quae librum insequentem spectant: هذه مجموعة من الادبيات منتخبة من الكتب المعتبرة الادبية ، Ceterum quod consilium, in componendo libro secutus sit, in limine ejus certiores nos non facit qui eum collegit; sed ipsa collectio fol. 1. v. post Besmelam incipit ab oratione sacra de jejuniis mensis Ramadhân, cujus hoc est initium: الحمد لله الذى رفع السماء وحزمها**) عن الزوال ، وخفض الارض ونصب فيها الجبال ، Inde a fine folii 9. varia sequuntur carmina de rebus diversissimis. Poëtarum nomina interdum indicantur, ut Abû-lfat'h el-Bustî, Ibn Zeidûn, Ibn en-Nebîh, Ibn Israîl, Ibn Aibek, el-Imâm esch-Schâfi'î, Abû Nuwâs, cet. Sed nova quaedam poëmatum series incipit fol. 115. r., ubi primum caput inchoatur e viginti, quae magnam codicis partem occupant et in fronte gerunt inscriptiones hujusmodi: ١ فى النسيب ، ٢ فى الاخوانيات ، ٣ فى المدح ، ٤ فى الشكر ، cet. Ejusdem poëtae anonymi esse videntur quae continentur capitibus I—XVIII.; capita vero XIX. et XX., quibus haec praefixa est inscriptio fol. 139. v.: الباب التاسع عشر والعشرون فى المعانى المختلفة ، variorum poëtarum carmina exhibent, in his el-Mutenabbii, el-Bustii aliorumque. Clauditur totus codex fol. 190. v. Subscriptio finalis aderat duplex, sed prior paene deleta est; scriptionis tamen mensis et annus etiamnum dignoscuntur, Mu'harrem a. 872. (Chr. 1467.) Subscriptio posterior nomen prodit collectoris: جمعه لنفسه برسمه العبد الفقير — يونس ولد المفسر الناصر بن محمد بن مبارك الاينالى الخ ، — Folia nonnulla hic illic e codice excidisse verisimile est.

CCXIX.

(N. 125. in 4to; olim N. 35. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 131. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi eleganter scriptus, *collectionem* continens, maximam partem poëticam. Sectiones distinguimus hasce:

I. Fol. 2. v.—4. r. *carmen* legitur, cujus haec est inscriptio: للرئيس الجليل ابى يحيى محمد ابن ابى بكر بن عاصم قدس الله تعالى روحه فيما كتب به عن السلطان امير المسلمين ابى عبد الله محمد بن يوسف ابن نصر رحمه الله الى الروضة النبوية الشريفة على ساكنها افضل الصلاة وازكى السلام ، — Initium carminis:

دعاك باقصى المغربين غريبُ ، وانت على بعد المزار قريبُ ،

Sequuntur deinde fol. 4. r.—13. v. ipsae illae litterae, de gestis in Hispania bellis ex urbe Gharnâta ad Prophetam datae mense Rebî' priore a. 771. (Chr. 1369.) Subjungitur aliud ejusdem auctoris carmen fol. 14. r.—18. v., ita incipiens:

حال دون الوداع حادى الركاب ، ثم انثنى من عزمه غير كاب ،

Hanc sectionem excipit:

II. *Collectio bipartita*, cujus prior pars (fol. 19. r.—70. r.) hanc habet inscriptionem: القسم الاول فى المنظوم ، Dividitur ea in capita quattuor, quae sunt: fol. 19. r.: باب المديح ، ; fol. 51. v.: الباب الثانى فى الرثاء ، ; fol. 60. v.: الباب الثالث فى الغزل ، ; fol. 66. r.: الباب الرابع فى اوصاف ومعانٍ شتى ، Primi capitis carmen primum ita incipit:

هل قبة قد زيّنت بهمام ، ام سعد الخبية وبدر تمام ،

Sed prosaica quoque huic parti admixta sunt, ut fol. 25. r.—30. v.: المقامة الرّوضية على منزع المقامة الدوحية التى لابن عياض القرطبى ، Fol. 70. r. in fine hujus partis legitur in margine: تم الموجود والحمد لله الملك المعبود ، Fol. 71. v. incipit pars posterior: القسم الثانى فى المنثور ، quae pertinet usque ad fol. 103. r. Ejusdem scriptoris sunt, quae hujus collectionis utraque parte continentur; nomen ejus nobis non constat, sed in Hispania vixisse et Rondam maxime, Andalusiae oppidum, habitasse e compluribus locis apparet. Suspicamur eundem esse, cujus nomen inscriptum est fol. 2. v., Abû Ja'hjâ Mu'hammed bin Abî Bekr bin 'Âszim.

III. Fol. 106. r. nova incipit *carminum series*, a variis poëtis conditorum, sed eadem

*) De hoc cognomine conf. Meursinge in Prolegg. ad Sojutii librum de interprett. Korani, pag. 32. not. 101.

**) Legendum videtur: جزمها.

manu scripta, qua collectio prior. Carmini primo inscriptum est: وللرئيس المقدس المرحوم ابى عبد الله محمد الشران*) الغرناطى قدس الله روحه مما كتب به عن السلطان المقدس المرحوم ابى عبد الله بن نصر قدس الله تعالى روحه ، . Sequuntur deinde hæc: fol. 108. r. alterum ejusdem poëtae carmen; fol. 109. v. disticha Abû 'Abd allâhi el-Azraq el-Gharnâtî et carmen clarissimi Abû 'Hajjân el-Gharnâtî **); fol. 110. r. aliud carmen, cui inscriptum est: للمولى الاخ المقدس المرحوم ابى العباس احمد ابن المولى المقدس المرحوم ابى الحسن على بن داوود قدس الله روحيهما الخ ، ; fol. 111. r. versus nonnulli, auctoribus Ibn el-Chatîb el-Gharnâtî, Abû Is'hâq el-Chafâg'î et Abû 'Umâra el-Baszrî; item excerpta e libro, soluta oratione scripto, qui vocatur: كتاب الحِكَم والنِعَم للفقيه الاديب الكاتب البارع ابى الحسن على ابن الشيخ الرئيس ذى الوزارتين ابى عبد الله بن الخطيب***) رحمهما الله تعالى ، ; fol. denique 111. v.—115. v. carmen poëtae anonymi recentioris (لبعض المتاخرين بغرناطة ،).

IV. Ultimo loco *specimina* leguntur *epistolarum*, et soluta oratione et ligata scriptarum, fol. 116. r.—129. r.: ومن انشاء المولى الاخ قدس الله تعالى روحه من المراسلات السلطانية ، . Subscriptio finalis, fol. 129. r., de collectore ejusque aetate certiores nos non facit.— Fol. 129. v. alia manu adjecta sunt poëmatia tria in laudem urbis Tunetis: للاديب ابى عبد الله محمد†) المالقى رحمه الله تعالى ، . Foliis 130. et 131. nihil est inscriptum.

CCXX.

(N. 36. in 8vo; olim N. 44. in 8vo.)

Codex in 4to, foll. 76. chartae orientalis laevigatae, partim albae, partim variis coloribus tinctae, char. Neschi una eademque manu bene exaratus, varia continens scripta et excerpta, litteras maxime elegantiores spectantia. Fol. 1. r. titulus legitur, potiores codicis partes recensens: كتاب الدُّر النفيس والحَلى الانيس وكتاب جنّة الوِلْدان فى الحِسان من الغلمان وكتاب الكنّس الجوارى فى الملاح من الحوارى (leg.: الجوارى) وغيرهم تاليف شيخ الشعرا الشهاب الحجازى الخ ، . Singularum vero sectionum conspectus hic est:

I. Fol. 1. v.—10. r. lin. 1. *Quaestiones XLI. e theologia, jurisprudentia et morum doctrina cum responsis;* quarum collectionem illo titulo الدر النفيس والحلى الانيس indicari vix probabile est, cum nec in ipso libro is appareat, nec ad Schihâb ed-dînum haec pertineant. Quaestiones enim hasce *Schems ed-dînus 'Abd er-Ra'hîm Ibn et-Tûsî*, concionator urbis Mauszil, mense Scha'bân a. 654. (Chr. 1256.) transmisit Imâmo *Abû Mu'hammed bin 'Abd el-'Azîz bin 'Abd es-Selâm es-Sulemî,*)* Schâfi'itae, Qâhirae degenti, cujus responsa singulas quaestiones excipiunt.

II. Fol. 10. r. lin. 2. — fol. 25. v. *Excerpta varia*, carmina maxime et breviora et longiora, additis interdum auctorum nominibus**); annotationes argumenti diversissimi, preces et alia. Videntur excidisse folia nonnulla, post foll. 10. 16. 17. 21. 25., ubi indices, quos in fine foliorum apposuerat librarius, vel adulterati sunt, vel deleti, vel non conveniunt cum paginae sequentis initio.

III. Fol. 26. r.—36. v. Libellus, qui in praefatione vocatur جنّة الولدان فى الحسان من الغلمان ، i. e. *Hortus puerorum*, liber agens *de pulchris inter pueros;* perinde atque in titulo codicis, fol. 1. r. Sed intercidit praefationis initium, unius fortasse

*) Alio loco scriptum est: شرّان ; vid. fol. 108. r. lin. 9.

**) De quo vid. Gayangos, the hist. of the Moh. dynasties in Spain, vol. I. pag. 423. sqq.

***) Intelligendus sine dubio Lisân ed-dînus ille Ibn el-Chatîb, cujus vitam scripsit el-Maqqarî.

†) Additum h. l. in margine superiore: المعروف بالخير الاندلسى ،

*) السُّلَمى ; sic legitur in codice nostro, neque repugnat Sujûtius in libro Lubb el-lubâb.

**) Inter alios, recentiores maxime, nominantur: esch-Schâfi'î, Abû -l'atâhije, Ibn Abî 'Hag'ale, Szafijj ed-dîn el-'Hillî.

paginae scriptura. Ipse liber carminibus constat brevioribus, ab ipso editore compositis in laudem amasiorum cujusvis ordinis et condicionis, a Chalifa et Sultano usque ad opificem et latronem, cujusvis religionis, habitus, nominis. Scriptoris nomen hic quidem non indicatur; est vero is quem titulus prodit, auctor insequentis quoque libelli, in argumento simili versantis, ut ex ejus praefatione cognoscitur, *Schihâb ed-dîn el-'Hig'âzî*, idemque sine dubio, quem commemorat Herbelotius s. v. Schehab. Lacuna exstat post fol. 34. — Sequitur:

IV. Fol. 36. v.—42. v.: كتاب الكُنّس الجوارى فى الملاح*) من الجوارى من نظم سيدنا ومولانا الاديب الشهاب الحجازى رحمه الله ، i. e. *Stellae currentes*, liber agens *de pulchris inter puellas*. Praefationis initium, fol. 37. r.: الحمد لله الذى جعل النساء قوام احوال الرجال ، . Libri ratio eadem est quae praecedentis.

V. Sequuntur denuo, fol. 42. v.—76. v., *excerpta varia*, in his primum carmen, cui superscriptum est: كتب القاضى جلال الدين المكرّم الى الامير جمال الدين موسى بن يغمور يطلب منه سجّاده ، ; alia deinde carmina, usque ad finem fol. 43., ubi index, imo folio adscriptus, lacunam arguit; fol. 44. r.—72. r. pedestris oratio, versibus intermixta; sed folia nonnulla excidisse videntur post fol. 48. Poëtarum nomina plerumque indicata sunt.

VI. Fol. 72. r.—76. v. *Excerpta e libro theologico*, quibus superscriptum: من كتاب عقد العقآيد وضيآ العوآيد ولم ار اسم مصنفه ، . Adjecta sunt in fine fol. 76. disticha nonnulla ex 'Harîrio et alia.

CCXXI.

(N. 37. in 8vo; olim N. 30. in 8vo.)

Collectio scriptorum, ad litteras elegantiores pertinentium, cum soluta oratione, tum ligata compositorum ab *Abû Is'hâq Ibrahîm bin Abî -lfat'h bin 'Abd allâh*, vulgo *Ibn Chafâg'e* dicto et mortuo in oppidulo Hispaniae G'ezîret Schuqr a. h. 533. (Chr. 113$\frac{8}{9}$.); codex in 8vo, foll. 119. chartae orientalis laevigatae, partim albae, partim rubicundae, char. Neschi bene scriptus. Fol. 1. r. legitur titulus: ديوان ابن خفاجه الاندلسى رحمه الله ام ، . Eodem nomine idem sine dubio liber designatur ab Ibn Challikâno, edit. de Slane vol. I. pag. 19., et ab 'Hâg'i Chalfa, vol. III. pag. 245. n. 5181. Praefationis initium, fol. 1. v.: قال الوزير الفقيه ابو اسحاق ابرهيم بن ابى الفتح بن خفاجة اعزه الله تعالى يصدّر بيذه الخطبة جملة شعره وبعض ما اقترن به من نثره ، الحمد لله الذى عم بفضله ومن بعدله الخ ، . Desinit liber fol. 119. v.

CCXXII.

(N. 126. in 4to.; olim N. 84. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 103. chartae Europaeae, char. Neschi et manu satis rudi, atramento pallidiore exaratus ab homine aliquo Europaeo, linguae Arabicae tantum non penitus ignaro. Continet is *corpus scriptorum elegantiorum Schems ed-dîni Abû 'Abd allâh Mu'hammed bin 'Afîf ed-dîn Suleimân et-Tilimsânî;* eundem, ut videtur, librum, quem commemorat 'Hâg'i Chalfa, vol. III. pag. 247. n. 5196. et pag. 286. n. 5477.; conf. quae monuimus ad cod. CCXIV. Pater ejus mortuus esse dicitur a. h. 690. (Chr. 1291.) Fol. 1. r. inscriptum est ab eo, ni fallimur, qui codicem exaravit: "Divan le Schams-eddin Abou Abdala Mohammed Ebn-ulschekh Afifed-din Soliman ot tolmaiani" (sic). "Poemata Schams-eddin Abou Abdala etc. Arabice." Libri titulus auro ornatus olim legebatur fol. 1. v., sed nunc deletus est et indocta manu restitutus; infra circulo inscriptum est minio auctoris nomen, quod dedimus; hic tamen perperam scriptum est: التلمانى . Repetitur idem fol. 2. r., in limine narrationis ejus generis, quod Arabes vocant

*) In praefatione pro الملاح legitur الحسان.

حكى بعض رواة الاخبار، مقامات, consessus. Initium: ومن يوثق (leg.: يوثق) به في الاخبار*)، . Fol. 11. r. sequitur: المقامة الثانية،; quam excipiunt fol. 27. v.—102 r. poëmata, alphabetico ordine disposita. Pauca accedunt supplementa fol. 102. r. —103 r. Clausula finalis scriptionis tempus indicare debet, sed tam mendose scripta est, ut usui esse nequeat. — Ceterum conf. Catal. Bibl. Reg. Paris. n. 1451.

CCXXIII.

(N. 127. in 4to; olim N. 31. in 8vo.)

Codex in 4to, foll. 115. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi mediocriter scriptus, continens librum, qui vocatur: قرة الناظر ونزهة الخاطر، i. e. *Delectatio adspicientis et oblectamentum mentis*, et varia complectitur scripta, elegantiores litteras spectantia, vel soluta oratione vel ligata composita a *Nûr ed-dîno Abû -lmatn 'Ali bin Sûdûn el-Beschbaghâwî**)*. Folia 1—27. ad supplendum codicem ab initio mutilum recentiore tempore adjecta esse videntur. Inscriptio folii 1. duplicem ejusdem libri designationem exhibet: هذا ديوان نزهة النفوس ومضحك العبوس وديوان قرة الناظر ونزهة الخاطر،; sed hoc errore factum est librarii, qui inscriptionem exaravit, ut e praefatione cognoscitur, cujus initium fol. 1. v. hoc est: الحمد لله المنعم عند قبض النفوس بشرح الصدور،. Profitetur enim auctor, antea se composuisse similis argumenti librum, cui nomen indiderit: نزهة النفوس ومضحك العبوس، i. e. Oblectamentum animorum et risum movens austero; illi vero, quae jam prodeat, novae quasi ejusdem libri editioni, in meliorem ordinem redactae, nomen se imposuisse: قرة الناظر ونزهة الخاطر،; unde apparet in inscriptione hanc solam designationem fuisse commemorandam.*) — Fol. 2. v. de divisione hujus collectionis in partes duas (شطران) agitur, quarum prior seria comprehendit, ludicra posterior, in quinque capita distributa: الشطر الاول يشتمل على المدح والعذل وغيرهما من الجديات الشطر الثاني يشتمل على انواع من الاقاويل الهزليات وفيه خمسة ابواب، ١ في القصايد والتصاديق، ٢ في الحكايات، ٣ في الموشحات الهبالية**)، ٤ في دوبيت وانواع من المواليه***)، ٥ في الظرف العجيبة والتحف الغريبة،. Aliam deinde sectionem a. 856. (Chr. 1452.) Qâhirae se addidisse narrat noster. Pars prior incipit fol. 3. r.; posterior fol. 34. r. extr.; appendix, cui inscribitur: وهذا ما قلته في طريقة النجم، fol. 111. r. extr. Subscriptio finalis, fol. 115. r., absolutam esse docet codicis scriptionem mense Ramadhân a. 972. (Chr. 1565.)

---

*) Legendum fortasse: الاخبار.

**) In limine praefationis vocatur is: نور الدين ابو المتن علي بن الجناب السيفي الظاهري البشبغاوي، in titulo codici praefixo: ابو المتن الجناب السيفي علي بن سودون البشغاوي (leg.: البشبغاوي)،. Fol. 28. r. ubi codicis pars antiquior incipit, in margine superiore annotatum est: ديوان ابن سودون،. Conf. Casirius, vol. I. n. 366., ubi perperam legitur: Ali albeschbari, vulgo Ebn Sudun, et n. 448.

*) Minus accurate Ḥâg'î Chalfa quoque vol. IV. pag. 512. n. 9409. de ratione egit, inter utrumque librum intercedente. — Casirius, locis in annotatione superiore laudatis, prioris editionis titulum affert; num recte, dubitare licet. Ea enim, quae de divisione libri tradit ad n. 366., concordant cum codice nostro, et ipsa prima libri verba, quae commemorat, in eodem codice formulam اما بعد excipiunt; finis quoque utriusque libri idem est.

**) Quid significet vox هبالية nobis non constat, sed fortasse derivata est a nomine Hibet allâhi, fil. Senâ el-mulk, hominis de hoc carminum genere optime meriti; vid. quae Hammerus edidit in diario: Journ. Asiat. 3e série, vol. VIII. pag. 163.

***) Fol. 83. v. hujus capitis inscriptio sic se habet: في دوابيت والزجل والمواليا،; de quibus carminum generibus conferre juvabit Journ. Asiat., l. l., pag. 163. extr.—165.

CODICES NARRATIONES ET SIMILIA CONTINENTES, QUAE AD LITTERAS ELEGANTIORES PERTINENT.

CCXXIV.

(N. 38. in 8vo; olim N. 25. in 8vo.)

Codex in 8vo, foll. 81. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi distincte scriptus, continens *Consessus*, qui vocantur, XXXI., compositos ab *Abû -lfadhl A'hmed bin el-'Husein el-Hamadânî*, vulgo *Bedi' ez-Zemân* dicto, de quo vid. Ibn Challikân, edit. de Slane, vol. I. pag. 56. sq.; Silvestre de Sacy Chrestom. Arabe, 2e édit. vol. III. pag. 259. sqq. Fol. 1. r. inscriptum est: مقامات انشاها الاستاذ الجليل ابو الفضل احمد بن الحسين الهمداني الحافظ بديع الزمان رحمه الله امين. Praemissa est fol. 1. v. praefatio brevis, de ipso scriptore ejusque consessibus agens. Consessus primus incipit pag. eadem, lin. antep.; clauditur codex fol. 81. r. Consessus illi, quos ediderunt Silvestre de Sacy in Chrestom. Arab. et Grangeret de Lagrange in Anthologia Arab., omnes in codice nostro reperiuntur. Ultima pars codicis inde a fol. 80. r. alia manu exarata est, quam quae praecedunt.

CCXXV.

(N. 39. in 8vo; olim N. 10. in 8vo.)

'Harîrii Consessus quinquaginta; codex in 8vo, foll. 340. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus. Textus Arabicus in consessibus XXXIV. prioribus vocalium signis instructus est; reliqua char. paulo minore eleganter quidem scripta sunt, sed vocalibus carent. XXV. consessus priores notis praeterea in margine et inter lineas adscriptis aucti sunt, partim Arabicis, partim Persicis atque Turcicis. Incipit liber fol. 1. v., absolvitur fol. 340. r.

CCXXVI.

(N. 128. in 4to; olim N. 51. in 4to.)

Consessuum 'Harîrii apographum alterum, in 4to, foll. 300. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi satis bene scriptum, vocalium signis instructum passimque notis auctum, inter lineas adscriptis. Incipit praefatio fol. 1. v.; desinit liber fol. 300. r. Fol. 300. v. inter alia legitur: جدّه للقس لاوندييوس سالم ; quem sacerdotem, 'Halebi natum, a. 1760. Romae vixisse constat e codice CCLXIX., ejus manu exarato et 'Omari bin el-Fâridh carmina continente.

CCXXVII.

(N. 129. in 4to.)

Codex Reiskianus in 4to, cui hunc titulum praefixit ipse Reiskius: *"Abi Mohammed el-Kasem ben Ali Haririi Quinquaginta consessus Arabici.* E codice MSS. descripsit Jo. Jacobus Reiske." Desunt tamen consessus tres priores, quos quoniam a. 1731. ediderat Alb. Schultens, describere noluit Reiskius, ut in fine pag. 23. annotavit. Est vero hoc apographum codicis Wolfiani, quondam Hinckelmanniani*), qui nunc in Biblioth. Civit. Hamburgensis asservatur sub N. CLXVIII.; vid. Reiskens Lebensbeschr. pag. 14., coll. pag. 164. n. 30. — Paginae 1. inscriptus est titulus Arabicus, adjectis iisdem fere versibus, qui leguntur in limine editionis III. de Sacy. Prae-

*) Ut monet Reiskius in praefatione ad editionem consessus XXVI., quem ex hoc ipso codice typis exprimendum curavit. Ejusdem codicis mentionem fecerunt ipse Hinckelmannus in praef. ad Corani editionem et Wolfius in Bibl. Hebr. vol. IV. pag. 776.

fatio incipit fol. 2.; passim adjectae sunt notulae et vocabulorum interpretatio vel Latina vel Germanica. Scholia Arabica e regione textus paginae sequenti inscripta sunt. Pagg. 24—26. scholia nonnulla longiora ad consessus tres priores continent, quae suo editionis Schultensianae exemplo commode adscribere non potuit Reiskius. Pagg. 27. et 28. excisae sunt; nihil tamen deesse videtur. Pag. 29. incipit consessus IV. Inde a pag. 41. scholia Arabica in ipso margine juxta textum Arabicum scripta sunt. Desinit liber pag. 596., ubi notatum est: "Incepi d. 24. Jan. abs. d. 4. April. 1737. Jo. Jac. Reiske. Laus sit Deo." — Pag. 597—602. carmen legitur, cui inscriptum est: وللحريرى رحمه الله يمدح نصير الدين سعد الملوك ،. Adjecta est in margine interpretatio Latina. Aliud sequitur carmen pag. 602—607.: كتب الامير نجم الدولة احمد بن ابى الفتوح المختار محمد بن ابى الخير الى الحريرى رحمهما الله تعالى ،, et responsum 'Harîrii pag. 608—613. Utrique carmini adjecta in margine interpretatio Latina*). Subscriptio in fine pag. 613. haec est: "Laus Deo d. 13. April. h. X. mat. perfeci tandem laborem longe taediosissimum sessarium et quamplurimis incommodis, sanitatisque ac oculorum noxis implicitum." In fine codicis adjectum est fol. unum, variis annotationibus repletum.

CCXXVIII.

(N. 130. in 4to.)

Consessuum 'Harîrii apographum quartum, in 4to, foll. 131. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptum, vocalibus tantum non ubique instructum et quondam b. P. Lemmingio, cum Parisiis discederet, ab Ill. Silvestre de Sacy dono datum. Cujus rei testis est inscriptio prioris e duobus foliis, codici praefixis, sed numeris non signatis. Ejusdem folii pagina altera sequentisque pag. prior quinquaginta consessuum indicem Arabicum continent. Ipsius codicis fol. 1. r. titulus legitur Arabicus; praefatio incipit fol. 1. v. In margine per totum codicem, paucis exceptis paginis, adjecta sunt scholia Turcica, hominis Europaei manu scripta*), et vocabulorum non paucorum interpretatio Gallica. Absolutus est codex, ut docet subscriptio finalis, fol. 130. v., mense G'umâdâ secundo a. 1171. (Chr. 1758.), manu 'Abd el-Qâdiri, fil. Musztafae, el-'Hallâq (tonsoris). Infra adscriptum est: تملكه بالكتابة العبد الفقير الى رحمة ربه يوسف ابن شكر الله ابن البيطار ١١٧١ ،; et:

الخط يبقى زمانا بعد كاتبه ،
وكاتب الخط تحت الارض مدفون ،

Fol. 131. r. annotationes variae leguntur, in his notitia de 'Harîrii consessibus a Schultensio Latine et a Venturio Gallice versis.

*) Haec omnia e cod. Hamburgensi deprompsit Reiskius, non vero descripsit epistolas illas, ab 'Harîrio compositas, quae in cod. Hamb. vocantur: الرسالة الشينية ،, et الرسالة السينية ، et in cod. Lipsiensi quoque leguntur; vid. Catal. Fleischeri, n. CCLXXXVI.

CCXXIX.

(N. 131. in 4o; olim in Bibl. Univ. Haun. N. 2. in 8vo.)

Codex in 4to, fol. 174.**) chartae orientalis laevigatae, partim char. Neschi, partim char. Nesta'lîq, bene sed non una manu exaratus, continens *Ibn Nubbâtae Commentarium in Ibn Zeidûni epistolam* laudatissimam, de qua vid. 'Hâg'î Chalfa vol. III. pag. 358. sq.,

*) Haec scholia quid valeant, de Sacyus monet in inscriptione, codici praemissa: "Illum" (Lemmingium) "monitum volumus, ne adnotationibus ad oram chartarum scriptis multum tribuat, quae nempe virum arabicae linguae cognitione non satis imbutum, autorem habuisse nobis videntur."

**) Numeris signata sunt a librario folia 172.; primum enim folium, titulum tenens et praefationis initium, signare neglexit, atque ultimum, cui index historicus inscriptus est.

coll. vol. II. pag. 102. n. 2093.*) De commentario quoque vid. vol. III. l. l. et pag. 590. n. 7095.; in utroque tamen loco ipsum libri nomen corrigendum ex inscriptione codicis nostri.**) Conf. praeterea quae de Ibn Nubbâta monuit Krafftius, die Handschriften der K. K. Akad., pag. 180.***) — Haec fere codici praemissa est inscriptio †): كتاب سرح العيون فى شرح رسالة [ا]بن زيدون المشهورة عن لسان ولادة بنت المستكفى بالله رحمهما الله تعالى ام ; et supra eam annotatur: لابن نباتة. Praefationis initium concordat cum eo, quod legitur apud 'Hâg'î Chalfam; ipsa epistola cum commentario incipit fol. 4. r. Absoluta est scriptio, ut in fine notatur, fol. 172. v., mense Rebî' priore a. 1047. aut 1049. (Chr. 1637. aut 1639.); non enim liquet, utrum سبع legendum sit an تسع.

CCXX.

(N. 132. in 4to.)

Codex Reiskianus in 4to, ejusdem *Commentarii in Ibn Zeidûni epistolam apographum* continens, quod e codice Lugdunensi, olim Warneriano, descripsit Reiskius; vid. praefationem ad editionem epistolae Ibn Zeidûni Reiskianam, pag. V. sq.; Prodidagmata ad Hagji Chalifae tabulas, pag. 231. sq. n. 8.; Reiskens Lebensbeschr., pag. 158. sq. Conf. praeterea Schnurreri Biblioth. Arab. pag. 227. sq. Ligaturae ipse Reiskius inscripsit: "Ibn Zaiduni Resalet"; codicis vero folium primum, cui titulus videtur fuisse inscriptus, excisum est. Pag. 1. incipit "Praefatio Ibn Nebata*);" pag. 2.: "Vita auctoris et occasio scriptae epistolae"; pag. denique 7. ipsa epistola cum commentario**); Arabice omnia, cum notis marginalibus Reiskii, passimque Rasmusseni. Pag. 173. subscriptio finalis codicis Lugdunensis legitur, a. h. 973. scripti; infra Reiskius annotavit: "Absolvi d. 27. Septembr. 1740. Lugd. Batav."

Fluxerunt ex hoc apographo praeter editionem epistolae Ibn Zeidûni Reiskianam, quae Lipsiae prodiit a. 1755., repetitam cum commentarii specimine in Hirtii Institutionibus arab. linguae, pag. 483—515., ea quae publici juris fecit b. J. L. Rasmussen in Additamentis ad hist. Arabum ante Islamismum, pag. ١—٦٥.

CCXXI.

(N. 133. in 4to; olim N. 38. in 8vo.)

Codex in 4to, foll. 68. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus***). Continentur hoc volumine quae sequuntur:

---

*) Corrigenda ex 'Hâg'î Chalfa quae minus accurate de hac epistola tradidit P. de Gayangos, the hist. of the Moh. dynasties in Spain, vol. I. pag. 341. sq. et pag. 473.

**) Idem error corrigendus est in Catal. Bibl. Lugd. ad n. 1576. Hammerus in diario Wiener Jahrbb. vol. LXIII. Anzeigebl. pag. 22. n. 88. commentarii nomen recte expressit, erravit in designando auctore.

***) Verendum ne in errorem inciderit doctissimus juvenis, immatura morte patriae suae litterisque nuper ereptus, duos statuens homines ejusdem plane nominis, G'elâl ed-dîn Mu'hammed bin Mu'hammed ibn Nubbâta el-Fâriqî (el-Miszri), quorum alter mortuus sit a. h. 762. (Chr. 136⁰⁄₁.), alter a. 768. (Chr. 136⁶⁄₇.) — Ceterum commentarii in epistolam Ibn Zeidûni auctor ab 'Hâg'î Chalfa quidem Abû 'Abd allâh vocatur, a Reiskio vero, librum Raudh el-achjâr secuto, Abû Bekr; utrum sit verius, dijudicare non audemus.

†) Incommodo loco huic inscriptioni insertum erat nomen auctoris hujus commentarii: لابن نباتة المصرى; jam vero haec verba maximam partem deleta sunt.

*) Ita Reiskius scripsit, contra auctoritatem 'Hâg'î Chalfae, vol. I. pag. 143. n. 20.

**) Sed non integrum Ibn Nubbâtae commentarium hoc codice contineri e comparatione cum codice praecedente intelligimus. Nam iis, quae ibi leguntur fol. 4. r.—15. v., ad editionis Reiskianae pag. primam et pag. secundae lineam primam pertinentia, in apographo Reiskiano cod. Lugd. una tantum pagina et quod excurrit respondet. Similiter in apographo Reiskiano desiderantur quae continentur codicis praecedentis fol. 170. r.—172 v.

***) Fol. 1. recentiore manu suppletum est.

I. Libellus, cui inscriptum est fol. 1. r.: الدرة المنيرة فى مناظرة الجسر والجزيرة انشآ ابى الفتح محمد الازهرى المؤذن رحمه الله ام ، i. e. *Margarita splendens*, liber agens *de certatione pontis cum insula*, auctore *Abû -lfat'h Mu'hammed el-Azherî*, praecone sacro; stilo ornato scripta disputatio de virtutibus et amoenitate pontis, ni fallimur, ejus qui ostiis canalis magni Qâhirini impositus est,*) atque insulae, quae appellatur الوسطى eademque esse videtur, quam nunc vocant er-Raudha. Praefationis initium, fol. 1. v.: الحمد لله الفتاح ، والصلوة والسلام على سيد الملاح ، الحمد لله الملك البر ، الذى اجرى البحر لنفع كل فاجر وبر ، . Compositum esse libellum a. h. 879. (Chr. 147$\frac{4}{5}$.) peroratio docet. Subscriptio finalis fol. 18. r. nomen auctoris ita exhibet: محمد ابو الفتح بن محمد المؤذن الازهرى ، , et codicem nostrum scriptum esse docet mense G'umâdâ secundo a. 1009. (Chr. 1600.) — Sequitur:

II. Fragmentum ornato stilo itidem compositum, alia manu exaratum cui inscriptum est fol. 19. r.: كتاب الوصفين الظريفين فى مفاخرة الحرمين الشريفين ، i. e. *Descriptiones lepidae duae, versantes in contentione duarum urbium sanctarum***). Continet prooemium, cujus auctor nobis ignotus se in hoc opere conficiendo virum eloquentissimum 'Ali b. Jusuf ez-Zarendi æmulatum esse dicit. Initium, fol. 19. v.: الحمد لله الذى ألبس اطواق العليا سوالف الحرمين الشريفين ، Abrumpitur oratio in fine fol. 29.

III. Similis argumenti liber, sed simplici stilo scriptus, hanc habet inscriptionem fol. 30. r.: الحجج المبينة***) فى التفضيل بين مكة والمدينة لشيخنا الحافظ المجتهد جلال الدين ابى الفضل عبد الرحمن السيوطى الشافعى ، i. e. *Argumenta dilucida de praeferenda Mekka aut Medina*, auctore clarissimo *G'elâl ed-dîn Abû -lfadhl 'Abd er-Ra'hmân es-Sujûtî*. Praefationis initium, fol. 30. v.: الحمد لله الذى فضل بعض خلقه على بعض حتى فى البلاد والامكنة وبقاع الارض*) ، . Dividitur hic libellus in tres sectiones: فى اسما هذين البلدين ، et: فى حد هذين الحرمين ، et: فى التفضيل بينهما ، . Accedit coronis, excerpta continens e libro: اخبار المدينة للزبير ابن بكار ، . Desinit liber fol. 39. r.

IV. Fol. 40. r. varia inscripta sunt poëtica, eadem manu qua reliqua pars codicis usque ad finem fol. 68.; sed infra recentiore manu annotatum est: نوابغ الزمخشرى رحمه الله تعالى ، ; quod proxime sequentia spectat. Nam fol. 40. v.—47. r. lin. 2. leguntur *Zamachscharii dicta* illa praeclara, quae vocantur: الكلم النوابغ ، , quorumque maximam partem edidit H. A. Schultens in Anthologia sententiarum Arabicarum. Lugd. Bat., 1772. 4to.**)

V. Haec excipit fol. 47. r. lin. 3.: الرسالة القلمية للجلال الدوانى رحمه الله ، i. e. *Tractatus de calamo*, auctore *G'elâl ed-dîn (Mu'hammed) ed-Dewânî*, cujus mentionem fecit 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 430. n. 6280. Conf. quae de hoc scriptore annotavimus ad codicem Bibl. Regiae Persicum N. VIII. — Sequitur deinde:

VI. Fol. 49. v.: الرسالة القلمية من منشات مولانا علا الدنيا والدين على جلبى افندى الشهير بقنالى قاضى العسكر المنصور ، i. e. *Tractatus de calamo*, quem composuit *'Alâ ed-dunjâ wed-dîn 'Alî C'elebî Efendî*, vulgo *Qanâlî* dictus, de quo vid. 'Hâg'î Chalfa l. l. n. 6282.***) Scripsit hunc trac-

*) A. C. Niebuhrio in itineris edit. Germanica vol. I. pag. 110. vocatur is: قنطرة فم الخليج ، .

**) Infra titulum et in margine carmina nonnulla minora adscripta sunt, quae ad ipsum librum non pertinent.

***) Apud 'Hâg'i Chalfam vol. III. pag. 18. legendum est: المبيّنة pro المبينة .

*) Simillima haec sunt iis, quae leguntur in limine libri حسن المحاضرة , ab eodem scriptore concinnati; vid. ad cod. CXLVIII.

**) Fol. 40. v. in margine adscriptae sunt observationes variae, a Zamachscharii libello alienae.

***) Initium libri post Besmelam secundum codicem nostrum hoc est: لك الحمد يا من اكرم الخلق ، .

tatum in honorem clarissimi ICti Abû -ssu'ûd, vulgo Châg'a C'elebî dicti. Desinit liber fol. 52. v. lin. 4.

VII. Fol. 52. v. lin. 5. — 53. r. paenult. leguntur *descriptiones poëticae calami*, auctoribus ضيا الدين بن الاثير ,موفق الدين ابن الامدى, تقى الدين بن حجة aliisque, *atque atramentarii*, auctoribus شمس الدين المزين et ابن حجة.

VIII. Fol. 53. r. extr. inscriptio legitur tractatus insequentis: رسالة فى السكين لابن حجة، i. e. *Tractatus de scalpro*, auctore *Ibn 'Hug'g'e*. Initium, fol. 53. v., post Besmelam hoc est: هذه رسالة السكين للفاضل تقى الدين ابن حجة الخ، قال يقبل الارض التى قامت حدود مكارمها، Desinit fol. 54. v. lin. 5. Hunc libellum excipit:

IX. Fol. 54. v.—56. v.: رسالة مفاخرة السيف والقلم لابن الوردى رحمه الله، i. e. *Ibn el-Werdii tractatus de certatione gladii et calami*, de quo diximus ad cod. CCXVII.

X. In fine fol. 56. legitur inscriptio libelli insequentis, in eodem argumento versantis*), quem scripsit *Ibn Nubbâta* ille, de quo dictum est ad cod. CCXXIX.: المفاخرة بين السيف والقلم للشيخ الامام الفاضل الاديب جمال الدين ابى بكر محمد بن الشيخ المحدث شمس الدين محمد بن محمد ابن نباتة المصرى كتب بها الى الامير ناصر الدين الدوادار رحمة الله عليهم، Initium post Besmelam, fol. 57. r.: يقبل الارض بالمقر لا زالت اقلام النعم ساجدة بامره، Desinit liber fol. 64. v.

XI. Fol. 65. r. disticha nonnulla leguntur, inscriptiones coronae imperatoris Anûschirwân et praecepta varia. Quae excipiunt fol. 65. v. — 68. v. *Praecepta, quae* fautori suo *Abû Jûsuf Ja'qûb bin Ibrahîm*, supremo Baghdâdi judici, *scripsit clarissimus theologus Abû 'Hanîfa:* وصية الامام الاعظم المجتهد ابو حنيفة النعمان بن ثابت الكوفى لابى يوسف رضى الله عنهما — —، Initium hoc est: فقال يا يعقوب وقر السلطان وعظم منزلته، Fol. 68. v. in margine adscripta est narratiuncula, Abû 'Hanîfam spectans; item disticha nonnulla ab ipso composita.

*) Hebraice quoque idem argumentum tractatum est a Charizio in libri Tachkemônî consessu XL.

CCXXXII.

(N. 134. in 4to; olim N. 20. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 116. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi mediocriter scriptus, continens *collectionem narrationum lepidarum*, quae vocatur: كتاب المختار من نوادر الاخبار*)، congestam a *Schems ed-dîno Abû 'Abd allâh Mu'hammed bin A'hmed el-Muqrî el-Anbârî*, eodem fortasse scriptore, cujus mentionem fecimus ad cod. CXXXVIII. Praefationis initium: الحمد لله المنعم الكريم، ذى الفضل العظيم، Dividitur haec collectio in sectiones (فصول) decem, quarum prima incipit fol. 3. r. Desinit liber fol. 111. v., absolutus mense Ramadhân a. 1173. (Chr. 1760.), manu 'Omari bin 'Omar el-Bedrâwî el-Azherî. — Narrationes XXXV. ex hoc codice deprompsit clar. Freytag, in chrestomathia Arab. grammatica hist., quae prodiit Bonnae a. 1834. 8vo., pag. 31—83. Conf. censuram ejus libri, quam b. C. T. Johannsen, professor Hauniensis, inseruit diario: Jahrbücher für wissensch. Kritik, 1835., vol. prioris pag. 692. sqq. — Accedunt in fine codicis, fol. 111. v.—114. v., *excerpta varia*, ligata oratione scripta, *e libro confabulationum nocturnarum* (المسامرات) clarissimi *Mu'hjî ed-dîn Mu'hammed Ibn 'Arabi*, الكبريت الاحمر dicti, aliisque libris; sed haec ad praecedentem collectionem non pertinent.

CCXXXIII.

(N. 135. in 4to; olim N. 20. in 8vo.)

Codex in 4to, foll. 180. chartae Maroccanae, char. Africano recentiore haud male scriptus, aliam *collectionem narrationum lepi-*

*) Sic legitur in titulo libri, fol. 2. r., et in ipsa praefatione, fol. 2. v. In catalogo librorum, ex 'Hâg'î Chalfa excerpto, cod. nostro CLXXII., legitur: فى نوادر الاخبار،

darum continens. In limine libri, fol. 1. v., post Besmelam leguntur haec: الحمد لله هذا كتاب عجيب في الحكايات والمضحكات والغرايب ، مضحكات الملوك ، اعلم ارشدك الله حكى انه كان شابا من اولاد التجار الخ ، Desinit liber fol. 180. v.

CCXXXIV.

(N. 136. in 4to; olim N. 80. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 50. chartae Maroccanae, char. Africano satis bene scriptus, *narrationes nonnullas fabulosas**) continens, quarum hic habes indicem: 1. Fol. 1. v.—17. v.: قصة مدينة النحاس ، *Narratio de urbe aenea,* quae legitur in clarissima illa MI Noctium collectione, edit. Bûlâqensis vol. II. pag. 37—52., edit. Habichtianae, vol. VI. pag. 343—401. — 2. Fol. 18. r.—21. r.: حديث ارم ذات العماد ، *Narratio de splendissima urbe Irem;* vid. MI Noctium edit. Bûlâq. vol. I. pag. 451—454., edit. Habicht. vol. VII. pag. 171—175. — 3. Fol. 21. v.—28. v. med.: قصة بشر العابد مع هند رحمهما الله ، *Narratio de amoribus Bischri et Hindae.* Initium: يقال ان اول عاشق كان في الاسلام فتى من العرب اسمه بشر بن حازم من بنى جهينة من عرب الحجاز ، — 4. Fol. 28. v. med.—31. v.: حكاية وضّاح اليمانى مع خير القصور ابنة الملك مكايد واسمه زهر الرياض رحمهم الله تعالى ، *Narratio de amoribus Wadhdhâ'hi Jemanensis et Chair el-quszûrae,* filiae regis cujusdam Indici. Initium: ذكروا والله اعلم بغيبه انه كان فيما مضى من احاديث الامم السالفة ملكا من ملوك الهند يقال له مكايد الدهور واسمه زهر الرياض ، — 5. Fol. 31. v. lin. antepaen.—35. r. lin. 1.: قصة الجمجمة مع سيدنا عيسى عليه السلام ، *Narratio de calva, quam in itinere offendit D. N. Jesus;* eadem, quae versibus Turcicis expressa legitur in cod. Biblioth. Senat. Lips. CCCXV, 6. — 6. Fol. 35. r. lin. 2.—47. v: حديث الورد في الاكمام ، *Narratio de amoribus el-Ward fi -lakmâmae;* vid. MI Noctium edit. Bûlâq. vol. I. pag. 546—562., edit. Habicht. vol. V. pag. 34—95. — 7. Fol. 47. v. lin. antep.—48. r.: حديث ابليس مع نوح عليه السلام ، *Narratio de Ibliso et Nû'ho* (Diabolo et Noacho). — 8. Fol. 48. r.—50. v.: حديث الفتى الجنى مع المراة الساحرة ، *Narratio de genio et fascinatrice.*

*) Praefixus est codici titulus, qui sic se habet: "Ignoti auctoris collectio historiarum et sermonum memorabilium. Arabice, ex Africa."

CCXXXV.

(N. 137. in 4to; olim N. 15. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 48. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi mediocriter scriptus, continens *Historiam Meg'nûni et Leilae,* narratam ab *Abû Bekro el-Wâlibî,* subjunctis carminibus, quae tribuuntur Meg'nûno. Titulus fol. 1. r. inscriptus: اخبار مجنون ليلى واشعاره واسمه قيس بن الملوح العقيلى مما عنى بجمعه وتدوينه العلامة ابو بكر الوالبى رحمه الله ام ، Initium libri, fol. 1. v., post Besmelam et 'Hamdalam: قال ابو بكر الوالبى كان من حديث مجنون بنى (sic) عامر وليلى العامرية انها كانت ابنة عمه الخ ، Subscriptio finalis, fol. 47. v. extr. 48. r.: قال ابو بكر الوالبى رحمه الله هذا من جملة ما تناهى الينا من اخبار المجنون واشعاره وما كان يخلو من قصيدة او خبر اعرضنا عن كتبه والله تعالى اعلم بالصواب الخ ،

CCXXXVI.

(N. 40. in 8vo; olim N. 80. in 8vo.)

Codex in 8vo minore, foll. 110. chartae Europaeae, char. Neschi bene scriptus. Hoc volumine continentur:

I. Fol. 1—41. *Historia fabulosa 'Haiqâri,* Persici philosophi, qui San'hârîbi aetate vixisse fertur. Fol. 1. r. inscriptum est: "L'histoire d'Aykar; c'est une fable Arabe fort belle;" et alia manu exaratum: "Ex libris Sancti Montis Carmeli. 1670.;" infra denique priore illa manu: "Ce Liure â esté appliqué par N. R. P. Prouinçial a nostre Bibliotheque de Paris." Initium libri, fol. 1. v.: نبتدى بعون الله الخ ، قصة حيقار الحكيم الفارسي الفيلسوف الماهر

الذى كان على ايام سنحاريب الملك ملك الموصل ، كان فى ايام سنحاريب ابن سرحادوم ملك اتور ونينوا الحكيم الماهر حيقار الفارسى الخ ، . Inseruntur fol. 4. v.—13. r. apophthegmata 'Haiqâri (امثال حيقار). Clauditur liber fol. 41. v., ubi triplex legitur subscriptio, prima Arabica: عدا*) ما انتها الينا من خبر حيقار الحكيم الخ ، ; altera Arabica, sed char. Syriaco exarata: الحمد لله رب العالمين امين ، ; tertia Gallica: "Escrit par le Koury**) Shahedeh prestre Surien en Alepp." — Hanc narrationem in suam editionem interpretationis Gallicae MI Noctium recepit b. Caussin de Perceval, vol. VIII. pag. 167. sqq.; conf. Germanicam interpretationem, Wratislaviae editam, vol. XIII. pag. 86—126. — Foliis 42—46. nihil est inscriptum.

II. Fol. 47—61. Sectio bipartita, alia manu et minus bene scripta. Pars prior hanc habet inscriptionem, fol. 47. r.: "Ce liure est curieux; ce sont diuerses prieres Arabes, que font les [Pre]stres en Ensevelissant les Chrestiens orientaux, en forme d'Exhortations pathetiques;" et fol. 47. v.: بسم الله الواحد الابدى الازلى السرمدى وبه نستعين ، ترتيلة تقال فى جنواز المكاهن*) وفى اربعة وعشرين بيتًا ، . Pars altera, incipiens fol. 54. v. lin. 5., continet *consolationem de liberis mortuis:* تعزية للاولاد المنتقلين ، . Subscriptio, fol. 61. v.: "Escrit par le Shiammas Aslan le gret" (sic) "en Alepp." — Folia 62. 63. nihil habent scripti.

*) Sic pronuntiatione Syriaca in hoc codice usitata.

**) I. e. الخورى, parochus.

III. Fol. 64—91. *Vigiliae* in honorem S. Virginis, eadem manu scriptae, qua codicis sectio prima. Fol. 64. r.: "Seherat ou Vigiles, c'est a dire de fort belles Louanges de la ste Vierge, que les suriens chantent en Alepp," cet. Initium, fol. 64. v.: بسم الاب الخ ، نكتب ترتيب خدمة المديح الذى لا يجب ان يجلس فيه وهو لسيدتنا والدة الله الخ ، . Subscriptio, fol. 91. r.: كملت السَّهَرانة الخ ، , et infra: "Cela â este Escrit par le koury Shahedeh Prestre surien d'Alepp." Fol. 91. v.—95. r. nihil scriptum est.

IV. Fol. 95. v.—110. v. *Hymni*, *καθίσματα* [sessiones] nominati, qui in cod. nostro LXXVII. leguntur. Inest lacuna post fol. 102. a medio hymno VII. usque ad finem hymni XIII.; hymni vicesimi initium tantum adest**).

*) I. e. فى جنازة الكهنة; formae sunt linguae Arabicae recentiori propriae.

**) Turbatus est a bibliopego foliorum ordo; fol. quod nunc est 98. collocandum erat ante fol. 97., similiterque fol. 100. ante fol. 99.

CODICES POETICI.

CCXXXVII.

(N. 138. in 4to; olim N. 2. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 209. chartae orientalis laevigatae, partim albae, partim rubicundae, char. Neschi pulchro et antiquo scriptus, corpus poëtarum Arabicorum vetustissimorum continens, quod vocatur: كتاب الحماسة *el-'Hamâsa,* collectum a clarissimo poëta *Abû Temmâm.* Fol. 1. r. leguntur titulus et decem capitum index; ipse liber incipit fol. 1. v. Vocalium signa per maximam codicis partem adjecta sunt, annotationes rarissime. Subscriptio finalis, fol. 201. v., absolutum esse docet hoc exemplum Damasci, mense Rebî' priore a. 738. (Chr. 1337.), a Ja'qûbo bin Jûsuf bin Abî -lma'hâsin, scriba. Accedunt fol. 202. r. — 209. r. supplementa nonnulla ad 'Hamâsam et varia excerpta, cum

soluta oratione scripta, tum ligata, eadem, qua totus codex, manu exarata, e Mutenebbio, e collectaneis Taqijj ed-dîni bin Ma'hbûb, e scriptis 'Hasani el-Baszrî, cet. — Codex a b. von Haven Constantinopoli emtus; vid. J. D. Michaelis lit. Briefwechsel, T. II. pag. 40. n. 13.

CCXXXVIII.

(N. 139. in 4to.)

Ejusdem 'Hamâsae apographum Reiskianum, cum scholiis, in 4to. Titulus codici praefixus hic est: "Hamasah Abi Temami cum scholiis excerptis Merzukii*) et Tebrizii; descripsit Jo. Jac. Reiske e cod. msto arabico Bibl. Leidens. n. 569.**)" Ipse liber occupat paginas 765. Subscriptio Reiskii: "Absolvi per Dei gratiam d. 12. Maji 1740." Conf. Reiskens Lebensbeschr. pag. 159. n. 14.

CCXXXIX.

(N. 41. in 8vo.)

Altera collectio carminum Arabicorum, quae innotuit sub nomine *'Hamâsae posterioris*, congesta ab *Abû 'Ubâde el-Welîd bin 'Ubeid el-Bu'hterî****) et e codice Lugdunensi†) Reiskii manu descripta, in 8vo. Titulus codici praefixus*) hic est: كتاب الحماسة تاليف ابى عبادة الوليد ابن عبيد البحترى اختاره من اشعار العرب للفتح بن خاقان معارضةً لكتاب الحماسة الذى الفه ابو تمام حبيب بن اوس الطائى، رواية ابى العباس احمد بن محمد المعروف بابن ابى خلد الاحول عن ابيه عن البحترى ، "Hamasah posterior, quam Abu Ôbadah el Walid filius Obeidi Bohtarita e carminibus praestantissimorum poëtarum Arabum selegit jussu et in usum el Fatah filii Chakan, ad exemplum Hamasae prioris, quam collegit Abu Temam Habib filius Aus, Thajita; ex editione Abil Abbas Ahmed, vulgo Ibn Abi Chaled Paeti, quam hic publicavit ex fide sui patris, qui librum hunc studuerat, explicuerat et explicari audiverat sub et ab ipso Bohtarita." — Folium sequens in pagina priore carmen Arabicum exhibet, cui inscriptum est: للبحترى فى الفتح بن خاقان ، Collectionis capita CLXXIV. paginas occupant 367. Pag. 368. subscriptio legitur codicis Lugdunensis. Infra annotavit Reiskius: "Nulla aderat nota scribae aut anni. Ego vero absolvi d. 10. Septembr. 1740." Conf. Reiskens Lebensbeschr. pag. 164. n. 32. — Ceterum de Bu'hterio praeter 'Hâg'î Chalfam, vol. III. pag. 115. et 266. sq. vid. clar. Freytagii Selecta ex hist. Halebi, pag. 92. sqq., et Hamakeri Spec. Catal. Bibl. Lugd. pag. 15. n. 48.

*) Annotavit Reiskius ad nomen Merzûqii: "obiit anno 421."

**) In Catal. Bibl. Lugd. impresso n. 1569. Exaratus est is a. h. 704. — In margine Reiskius inter alia annotavit: "Haec est Hamasah orientalium. At Hamasah occidentalium est: صفوة الادب وديوان العرب لابى العباس احمد بن سلام الروزى الاديب ، d'Herbel. p. 797. a." Quae corrigenda ex parte ex 'Hâg'i Chalfa, vol. IV. pag. 104.

***) Haec nobis verissima nominis forma visa est. Alios videmus scribere Abû 'Abbâde vel Abû 'Ibâde, quod minus probamus. In efferendo cognomine Bu'hteri secuti sumus auctoritatem libri Raudh el-achjâr, Bibl. Reg. cod. CCX.; Sujûtius tamen in libro Lubb el-lubâb formam Bu'hturi tantum commemorat.

†) Vid. Catal. Bibl. Lugd. impressum, n. 1570.

*) Praecedunt titulum folia duo, quibus annotationes nonnullas et sententias Arabicas inscripsit Reiskius.

CCXL.

(N. 42. in 8vo.)

Collectio carminum, quae vulgo vocatur *Dîwân Hudeilitarum*, *cum commentario es-Sukkarii*, a Reiskio e codice Lugdunensi**) descripta, in 8vo. Titulus atque subscriptio finalis in hoc codice desiderantur; sed in dorso ligaturae Reiskii manu, ut videtur, scriptum est: "Diwan Hudeil." Conf. etiam Reiskens Lebensbeschr. pag. 163. n. 25. Totus liber

**) Vid. Catal. Bibl. Lugd. impressum, n. 1619. — De Sukkario vid. ad cod. nostrum CCL.

occupat paginas 341. Initium, pag. 1., post Besmelam:

شعر مالك بن الحرث ،

تقول العاذلات أكلّ يومٍ ، لسُرْبَة ملك عنق شحاج ،

Annotationes Reiskii passim adscriptae sunt.

CCXLI.

(N. 140. in 4to.)

Codex Reiskianus, in 4to, cui praefixus hic titulus: المعلقات السبع ، "*Septem Moallekat* seu Carmina Poetarum quorundam Arabum Paganorum ante Muhammedem ob praestantiam suam communi suffragio in templo Meccano suspensa. Cum Commentario Abi Zacaria Jahij" (sic) "Tebriziensis. E codice Warneriano Bibliothecae Academ. Leidensis *) descripsi. Jo. Jac. Reiske. Lugd. Batav. 1738. mense Nov. Dec." In margine hujus folii et in praecedentibus duobus atque insequente folio varias annotationes exaravit Reiskius; ipse vero liber occupat paginas 281. Pag. 1. incipit "Tebrizii in suos ad septem Moallekat Comm. Praefatio"; pag. 2. Amru el-Qaisi carmen; pag. 58. Ṭarafae; pag. 101. Zuheiri; pag. 128. Lebîdi; pag. 175. 'Antarae; pag. 211. 'Amri; pag. 246. el-'Hâriϑi. Codex Lugdunensis, teste subscriptione finali, pag. 281., absolutus est mense Szafer a. 1016. (Chr. 1607.) Adscriptae sunt annotationes Reiskii permultae. In fine codicis, pag. 282. sq., idem adjicit "Nahasi**) ad Carmen quintum aliquot notas, quas propter angustiam margini non potuit adscribere." — Conf. Reiskens Lebensbeschr. pag. 160. n. 15.

CCXLII.

(N. 141. in 4to; olim N. 73. in 8vo.)

Codex in 4to, foll. 126. chartae orientalis laevigatae, partim char. Neschi, partim char. Nesta'lîq scriptus, *collectionem* continens *poëmatum*, in Oriente maxime celebratorum. Foliis 1. r.—5. r. varia inscripta sunt, et Arabica et Turcica, ab ipsa illa collectione aliena, traditionem propheticam spectantia, preces, disticha atque alia. Deinde sequitur:

I. Fol. 5. v.—7. v. *Eṭ-Ṭanṭarânii* carmen notissimum, a clar. Silvestre de Sacy in Chrestomathia Arabica editum.

II. Fol. 8. v. — 13. v. Clarissimum *el-Büszirii* carmen, quod vocatur *el-Burde.*

III. Fol. 14. v.—15. r. Carmen *Taqijj ed-dîni es-Subkî*, char. Nesta'lîq scriptum, cum introductione filii ejus, Tâg' ed-dîni es-Subkî. Initium carminis:

صرفتُ الى ربّ الأنام مَطالِبى ، ووجّهتُ وجهى نحوه ومآربى ،

De utroque scriptore vid. F. Wüstenfeld, die Academien der Araber, pag. 37. sqq. 40. sq.

IV. Fol. 15. v.—17. r. *Ka'bi bin Zuheir* carmen laudatissimum, cujus prima sunt verba: بانت سعاد ، a cl. Freytagio editum.

V. Fol. 21. v.—22. v. Poëma Arabicum, quod *Surata psalterii* appellari solet, de quo vid. Fleischerus in Catal. Bibl. Senat. Lips. pag. 434. col. 2. 535. col. 1.

VI. Fol. 23. v. — 24. v. Poëma, quod appellatur: القصيدة المنفرجة ، de quo vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. IV. pag. 551. sqq. et Fleischerus, ll. ll. Incipit illud in apographo nostro ab eo versu, qui alibi quintus est:

اشتدّى أزمة تنفرجى ، قد آذن ليلك بالبلج ،

VII. Fol. 25. v.—27. v. lin. 2. Poëma *Abû -lfat'hi el-Bustî*, de quo egit 'Hâg'î Chalfa vol. IV. pag. 533. n. 9450., a Baillie in libro the 5 Books upon Arab. Grammar editum, vol. III.

VIII. Fol. 27. v. med.—29. v. Poëma theologicum, auctore *Sirâg' ed-dîn 'Ali bin 'Uϑmân el-Ûschî el-Ferghânî*, quod a primis ejus verbis vocatur: قصيدة يقول العبد ، et a b. Petro a Bohlen editum est sub titulo: Carmen arabicum, Amâlî dictum, breve religionis Islamiticae systema complectens. Regiom., 1825. 4to. Conf. 'Hâg'î Chalfa, vol. IV. pag. 558. sqq.; Catal. Bibl.

*) Vid. Catal. impressum, n. 1560.

**) I. e. النحّاس, de quo vid. Ibn Challikân, edit. de Slane. vol. I. pag. 41. sq.

Senat. Lips. pag. 434. col. 2., ubi tamen reponendum esse الاوشي pro الاويسي ipse nos edocuit Fleischerus, laudans Qâmûsum s. v. اوش et Sujûtii Lubb el-lubâb s. v. اوشي.

IX. Fol. 30. r. *Preces* Arabicae interponuntur, char. Nesta'lîq exaratae. Sequitur:

X. Fol. 31. v.—79. r. *Collectio poëmatum Chalîfae 'Alî bin Abî Tâlib*, quae in praefatione appellatur: انوار العقول من اشعار وصى الرسول، i. e. Lumina mentium, e carminibus mandatarii legati divini collecta; char. Nesta'liq scripta. Praefationis initium: الحمد لله الذى ذلت لعزته الجبابرة وتصعصعت دون عظمته الاكاسرة، Ipsa carmina, secundum rhythmum finalem alphabetice digesta, incipiunt fol. 33. v. Aliud ejusdem collectionis exemplum exstat in Bibliotheca Regia in codice Arabico-Persico, quem recensebimus infra inter codices mixtos, n. IV.*) Subjungitur denique **):

XI. Fol. 82. v.—111. r. *Szafijj ed-dîni Abû -lma'hâsin 'Abd el-'Azîz bin Serâjâ bin Abî -lqâsim el-'Hillî es-Sunbisî****) poëma, quod vocatur: الكافية البديعية فى المدايح النبوية، i. e. carmen de laudibus Prophetae, institutionem idoneam exhibens ad artem ornate dicendi, cum praefatione. Carminis initium hoc est:

ان جئت سلعًا فسل عن جيرة العلم،
واقر السلام على عرب بذى سلم،

Conf. 'Hâg'i Chalfa, vol. II. pag. 33. sq. In codicibus CCIV. et CCV. singuli versus ejusdem carminis in commentario critico inveniuntur. — Accedunt:

XII. Fol. 112. r.—115. v. varia, char. Nesta'lîq mediocriter scripta, in his excerpta e libro: زبدة الامثال، i. e. *Cremor proverbiorum*, auctore: (?) المولى مصلح الدين الكلسولوى; recensus verborum significationis oppositae: كلمات شتى من الاضداد جمعتها ورتبتها كما هو المعتاد، ; tractatus denique Arabicus, cui Turcice inscriptum: مرحوم ومغفور الشيخ وفا قدس سره حضرتلرينك اعتقاده متعلق رساله سيدر، — Fol. 125. v. precationes nonnullae et alia leguntur, pessime exarata. Reliqua nihil continent scripti.

*) Conf. Wiener Jahrbb. vol. XCVII. Anzeigebl. pag. 25. n. 167.

**) Foll. 80. et 81. nihil continent scripti, nisi quod fol. 81. v. lineae nonnullae Turcicae orationis leguntur, char. Nesta'liq male exaratae, quibus subscriptum est, si bene legimus: من مولانا النبى رحمه الله تع،

***) السنبسى; sic legitur in cód. nostro; at Sujûtius in libro Lubb el-lubâb habet: السِّنْبِسى.

CCXLIII.

(N. 52. in fol.; olim N. 43. in fol.)

Codex in fol., foll. 85. chartae, ni fallimur, Europaeae, char. Africano recentiore satis bene scriptus, *anthologiam poëticam* continens. Fol. 1. r. lingua Hispanica, sed char. Rabbinico inscriptum est: "El nombre de este libro es onde gabla el discreto gablas bien iguales como en – – –; tambien cantares diferentes y sones (?) diferentes." Fol. 1. v. disticha leguntur duo, ex ipsius collectionis insequentis initio repetita. Fol. 2. r. praemissa 'Hamdala hunc exhibet titulum: هذا كناش محتو على مقطعات اشعار وقصايد للمتنبى الى الطيب ولغيره وبعض صُنَيْعات وتوشيحات واعروبى وموال وغير ذلك مما لم يذكر والسلام، Paulum diversa est inscriptio fol. 2. v.: كناش مشتمل على مقطعات من الاشعار وبعض قصايد من ديوان المتنبى عفا الله عنا وعنه الخ، Sequuntur deinde poëmata varia, Mutenebbii maxime. Fol. 62. r. in fine paginae annotatur: انتهى ما حضر للكاتب من قصايد المتنبى الخ، Clauditur codex fol. 85. r.

CCXLIV.

(N. 142. in 4to; olim N. 64. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 143. chartae laevigatae, char. Neschi satis bene scriptus, continens *collectionem poëmatum Schihâb ed-dîni A'hmed bin el-'Husein*, vulgo *Ibn el-'Alif* dicti, *et majorum ejus posterorumque.* Fol. 2. r. legitur titulus: ديوان للشيخ – – شهاب الدين احمد العيلف المدنى، nulla propinquorum ejus commemora-

tione facta et corrupto Schihâb ed-dîni nomine, quod rectius in praefatione scribitur: احمد بن الحسين الشهير بابن العليف العكى العدنانى اليمنى ثم المكى ثم المدنى الشهير بشاعر البطحا ، Quo epitheto honorifico "poëtae territorii Meccani" ornavit eum dominus ejus es-Sajjid Berekât, urbium sanctarum praeses. Praefationis initium, fol. 2. v.: الحمد لله فى الابتدآ والختام والصلوة الخ ، Promittit collectionis auctor, cujus nomen nos latet: ما تيسر من كلامه (i. e. كلام شهاب الدين) وكلام اسلافه الكرام واخلافه ، Ipsa poëmata, alphabetice digesta, incipiunt fol. 3. r.; desinit liber fol. 141. v. Sed folia 140. et 141. recentiore manu suppleta sunt. Fol. 142. r. et v. nonnulla inscripta sunt, quae ad collectionem nostram non pertinent, in his auctoris anonymi poëmation.

CCXLV.

(N. 143. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 47. chartae Europaeae, char. Africano recentiore atramento pallido male exaratus, *anthologiam poëticam* continens, in tres sectiones divisam. Sectio prima, fol. 1. r.—18. v., omissa Besmela hanc habet inscriptionem, quae hominem in litteris plane rudem prodit: وهاد من صبع المنسريح ، Primi carminis initium *):

سلام على الاحباب فى القرب والبعد ،
سلام كما هب النسيم على الورد ،

Poëtarum nomina non laudantur. Subscriptio, fol. 18. v.: كمل هدا الكناس بحمد الله وحسن عونه ، — Sectioni secundae, fol. 19. r.—28. v., inscriptum est: وهادا ما تكتب من عرف العجم الى اعرف اعرب مخطوف من المايه ، Subscriptio priori similis. — Inscriptio sectionis tertiae, fol. 29. r. —47. r.**): وهاذا ما يستعمل من الخزاج المشرف من البرون منه ايضا ، Subscriptio fol. 47. v.: كمل هدا الكناش الذى كان فيه من طبع الخزار (?) المشرق وله ايضا من رمل المايه وله ايضا من غربت الحسين وله ايضا كمل بحمد الله وحسن عونه امين ،

*) Cfr. cod. CCXLVII. fol. 69 v. sqq.

**) Fol. 46. r. tamen nihil continet scripti.

CCXLVI.

(N. 144. in 4to, olim N. 75. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 52. chartae Europaeae, char. Africano mediocriter scriptus, *Collectanea poëtica* continens. Undecim folia priora et foll. 41—44. 46. r. 47. r. 52. r. recentiore manu eaque pessima suppleta sunt; foll. 1. v. 10. v. 40. v. 52. v. nihil est inscriptum. Neque titulus adest, neque subscriptio finalis, et ipsius poëmatis primi initium mutilum est.

CCXLVII.

(N. 145. in 4to; olim N. 77. in 8vo.)

Codex in 4to, foll. 114. chartae orientalis, char. Africano mediocriter partimque pessime a diversis hominibus scriptus, usu valde tritus, *Collectanea* continens *poëtica* ejusdem fere erotici argumenti, cujus sunt duo nuper commemorati. Praemissis fol. 1. r.—4. r. versibus iisdem, quos habet cod. antec. fol. 1—4. r., fol. 4. v. post Besmelam sequitur haec inscriptio: هذا كناس مجتمع على عجايب وغرايب ، quam excipit poëma, cujus hoc est initium *):

فاح الورد والسوسان ما بين الغصان ،

Alia deinde leguntur poëmata usque ad finem fol. 98., ubi notatur: انتهت ، Alia adduntur poëmata, fol. 99. r. — 114. v., cum introductione, soluta oratione scripta. Sed haec omnia pessime scripta, ita ut legi vix possint.

CCXLVIII.

(N. 43. in 8vo.)

Codex Reiskianus bipartitus, in 8vo. Pars prior *Amru el-Qaisi carmina* continet. Praemissis annotationibus nonnullis, hunc Reiskius praefixit titulum: ديوان امرئ القيس ابن الحجر الكندى "Amrælkeisi, Principis Cenditae, Muhammedis coaetanei, Carmina, ex recensione Abi Osamah; descripsi e Cod. MS. Legati Warneriani n. n.

*) Cfr. fol. 4. v. cod. antec.

901. n. v. 528.*) in Bibliotheca Leidensi, mense Febr. 1739." Ipsa carmina cum praefatione occupant paginas 1—104. Primo loco posita est Mu'allaqa Amru el-Qaisi; quam excipit reliquorum poëmatum corpus, cujus editio debetur clar. Mac Guckin de Slane. In fine legitur subscriptio codicis Lugdunensis, a. h. 545. (Chr. $1150\frac{0}{1}$.) exarati.

Altera codicis pars hunc habet titulum, paginae 1 inscriptum: مقطعات من مراثي، "*Epicedia vetusta,* ex Recensione Ibn Alarabi,**) et collectione Weziri Ilkamel, Abilkasem Hosein." Occupant haec poëmata, a diversis poëtis condita, paginas 3—35. Unde ea deprompserit Reiskius non adscripsit, neque eorum fit mentio in vita Reiskii, Germanice scripta, pag. 165. ad n. 39.

CCXLIX.

(N. 44. in 8vo; olim N. 39. in 8vo.)

G'elâl ed-dîni es-Sujûti in clarissimum poëma Ka'bi bin Zuheir Commentarius, qui vocatur: كتاب كنه المراد في بيان بانت سعاد، i. e. Ultimus terminus desiderii, commentarius in carmen بانت سعاد; codex in 8vo, foll. 105. chartae orientalis laevigatae, partim albae, partim variis coloribus tinctae, char. Neschi bene scriptus. Fol. 1. r. legitur titulus. Praefationis initium, fol. 1. v.: الحمد لله الذي جعل قصيدة كعب على نظمها ابرك كعب، . Commentarius incipit fol. 6. v., absolvitur fol. 105. v. Exaratus est codex mense Scha'bân a. 1116. (Chr. 1704.); librarii nomen: بوصيف (sic) بن محمد الشهير بابن الوكيل الملوى (المولوى؟)،

*) In margine adscriptum est: "p. n. 476. p. v. 365.", quod respicit Catalogos Bibl. Lugd. Vid. Catal. impressum, pag. 476. n. 1665.

**) ابن الاعرابي; vid. vitam ejus apud Ibn Challikânum, edit. de Slane, vol. I. pag. 690. sqq.

CCL.

(N. 45. in 8vo.)

Codex Reiskianus, in 8vo, quo continentur post praemissa folia duo, annotationibus repleta:

I. *Corpus poëmatum G'eriri bin 'Atijja Temîmitae*, mortui a. h. 110. (Chr. $72\frac{8}{9}$.), de quo vid. Ibn Challikân, edit. de Slane vol. I. pag. 150. sqq., coll. Hâg'i Chalfa, vol. III. pag. 270. Titulus, Reiskii manu scriptus, hic est: الجزء الاول من ديوان جرير بن عطيه، "Pars Prima Operum Poeticorum Gzeriri. Recensuit et scholiis illustravit Abdolwahed Ben Isa Nagziriensis. Descripsi ex optimo et antiquissimo Codice Warneriano.*) Lugduni Batavorum, mense Maio 1739." Sed altera pars non desideratur; incipit ea pag. 161. Totus liber paginas occupat 320. Annotationes multas in margine adscripsit Reiskius, idemque in fine annotavit: "Quod sequebatur, quia ad finem vergebat, et cum aliis sequentibus hinc illinc legi amplius non poterat, chartis humore compactis, describere nunc neglexi. In Bibliotheca Batava, d. 22. Julii 1739."

II. *Schanferae poëma* clarissimum, a b. Silvestre de Sacy in Chrestomathia Arabica editum, cujus haec est inscriptio: لامية العرب، "Schanfarii vetusti Poetae Carmen Lamicum Arabicum cum brevissimis scholiis. Descripsi e Codice Warneriano Bibliothecae Lugduno-Batavae.**) Joan. Jacob Reiske. Leidae d. 19. et 20. Martii 1739." Ipsum carmen cum subscriptione codicis Lugdunensis folia occupat tria; in margine et in dorso tituli nonnulla annotavit Reiskius.

*) In margine legitur: "n. nov. 633. p. 475. n. vet. 356. p. 350." — Conf. Catal. Bibl. Lugd. impressum, pag. 475. n. 1624.

**) In margine: "Codex legati n. 65. p. 322. vet. Cat." Novi catalogi numerum et paginam non adjecit Reiskius; sed vid. Catal. impressum pag. 474. n. 1613. Conf. praeterea Reiskens Lebensbeschr. pag. 169.

III. *Corpus poëmatum Tahmâni bin 'Amr Kilâbitae.* Titulus: ديوان طهمان ابن عمرو الكلابي. "Dahmani fil. Amru Celabitae, Poetae ex ineunte secundo post Muhamedem saeculo Carmina. Recensuit et brevibus scholiis illustravit Succkariensis. E Codice Warneriano Bibliothecae Leidensis *) desumsi. Lugd. Bat. 1739. 22. 23. Mart." Occupant ea poëmata folia septem. Glossae adscriptae sunt in margine.

Accedit in fine codicis praeter annotationes nonnullas, ultimo folio inscriptas, initium "Vitae Sukariensis, Auctore Anonymo, ex Schedula praemissa Diwan Hudeil, difficillime scriptae." Integrum ea exhibet nomen Sukkarii: الحسن بن الحسين بن عبد الله بن عبد الرحمن بن العلا بن ابى صفره المعروف بالسكرى ابو سعيد. Natus est a. h. 212. (Chr. 82$\frac{7}{8}$.), mortuus a. 275. (Chr. 88$\frac{8}{9}$.). — Ceterum de codice nostro conf. Reiskens Lebensbeschr. pag. 164. n. 31.

*) In margine: "cod in 4to, num. legati Warn. n. 338, p. 348 vet. Cat." Vid. Catal. impressum pag. 475. n. 1627.

CCLI.

(N. 146. in 4to; olim N. 33. in 8vo.)

Prima pars corporis poëmatum Abû-l-'Abbâsi 'Abdallâh, 'Abbâsidae, notissimi sub nomine *Ibn el-Mu'tazz;* codex in 4to, foll. 101. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi mediocriter et a diversis fortasse hominibus scriptus. Fol. 1. r. legitur titulus: ديوان ابن المعتز استاذ الشعرا والبلغا رحمه الله امين. Praefationis initium, fol. 1. v.: الحمد لله الملك الوهاب الغفور التواب. Continet praefatio variorum narrationes et judicia de poëta nostro, nato a. h. 247. (Chr. 861.), mortuo a. 296. (Chr. 908.); ejus quoque scriptorum pars enumeratur; quorum tituli cum iis non omnino consentiunt, quae recenset Ibn Challikân in vita Ibn el-Mu'tazzi, edit. de Slane vol. I. pag. 363. sqq. Et hic quidem allegantur: الصيد — مفاكهة الاخوان — زهر الرياض; et وللجوارح طبقات الشعرا. Ipsa collectio, cujus pars prima sequitur, in decem capita divisa est, diversa poëmatum genera (فنون) complectentia et alphabetice digesta, quorum tria hic continentur: المديح, الغزل, الفخر. Editoris nomen legitur in limine capitis primi: هذا ما جمعه الشيخ الامام المحدث الهمام   الصولى بعد وفاته*) ، الفن الاول في الفخر ، قافيه الالف. In fol. 56. et fol. 58—100. carmina marginem quoque occupant; subsistit vero codex versus finem capitis tertii, quo carmina encomiastica continentur. Fol. 101. nonnulla inscripta sunt, quae huc non pertinent.

CCLII.

(N. 53. in fol.; olim N. 10. in fol.)

Altera pars poëmatum ejusdem Ibn el-Mu'tazzi, in fol., foll. 144. chartae orientalis laevigatae char. Neschi distincte scripta, sed madore laesa. Fol. 2. r. inscriptus est titulus: الجزء [الثاني] من شعر ابى العباس عبد الله ابن المعتز بالله فيه المديح والخمريات والغزل والزهد والشيب; capitum ordo diversus est ab ea recensione, quam sequitur codex praecedens; sic enim in hoc codice disposita sunt: Cap. I. المديح fol. 2. v.—31. v., quæ poëmata in ordinem alphabeticum digesta fol. 72. v.—100. v. cod. præced. inveniuntur: Cap. II. الخمريات fol. 31. v.—75. r.; Cap. III. الغزل fol. 75. r.—fol. 126. r., quæ in cod. præced. fol. 43. v.—fol. 72. v. leguntur; Cap. IV. الزهد والشيب fol. 126. v.—fol. 144., ubi subscriptio finalis legitur: تم شعر أبي العباس [عبد الله] ابن المعتز بالله تاما كاملا والحمد لله الخ.

CCLIII.

(N. 147. in 4to.)

Codex Reiskianus, in 4to, continens *Ibn Dureidi carmen* clarissimum, ab Ever. Scheidio, Agg. Haitsma et L. N. Boisen, Dano, editum.

*) Vacuum est spatium inter voces الهمام et الصولى. Ipsum nomen enim ante cognomen 'esz-Szauli aut esz-Szûli minio exarare neglexit librarius. De pronuntiatione cognominis الصولى vid. Sujûtii librum Lubb el-lubâb, edit. Veth. pag. 163.

Titulum codici praefixit Reiskius duplicem, alterum Latinum, Arabicum alterum: "Venustum ac illustre Poema Ibn Doreid cum scholiis excerptis Ibn Chaluwiae*) et Lachamaei, e duobus Codd. MSS. Bibl. Leidensis descripsi m. Majo 1739. Jo. Jac. Reiske". كتاب المقصورة الدريدية من انشا الشيخ ابى بكر محمد بن الحسين بن دريد الازدى شرحه ابو عبد الله الحسين ابن خالوية وتُمم من نسخة — عُنى بشرحه القاضى ابو سعيد الحسن السيرافى ، Codices Lugdunenses, quibus usus est Reiskius in concinnando hoc libro, codices esse debent Catal. impressi 1591. et 1592., continentes commentarium Ibn Châlaweihi, et 1593., qui commentarium Ibn Hischâmi el-Lachmî exhibet. Folio, quod excipit titulum, annotationes nonnullae inscriptae sunt, e codicibus Lugdunensibus depromptae. Ipsum carmen cum praefatione commentatoris occupat fol. 4—30. Scholia nonnulla leguntur in margine. — Accedunt in fine codicis ejusdem *Ibn Durcidi carmina nonnulla*, in quibus voces diversae significationis, sed formae similis et exitu tantum in vocalem brevem aut longam distinctae, artificiose copulantur. Titulus: كتاب المقصور والممدود نظمًا انشا الشيخ -- ابى بكر -- بن دريد الازدى ، Infra adjecta est series virorum doctorum, quorum fide genuina ejus libelli forma inde ab Ibn Durcidi tempore propagata est. Quinque paginas occupant carmina. Initium carminis primi:

لا تركننّ الى الهوى ، واذكر مفارقة الهواء ،

*) In margine adscriptum est ad nomen "Ibn Chaluwiae": "obiit a 370. v. Raudh p. 49." Et sic corrigendus Herbelotius s. v. Khalouiah. Ceterum pro ابن خالويه Ibn Chaluwia praestat scribere: ابن خالويه *Ibn Châlaweihi;* vid. Hâg'i Chalfa. vol. I. pag. 356. extr.; et Lachamaei nomen mutandum in *Lachmaei* (اللخمى) vid. vitam Ibn Durcidi apud Ibn Challikânum, edit. de Slane vol. I. pag. 698. lin. 3. a fine, et apud Hamakerum in Spec. Catal. Bibl. Lugd. pag. 36. sq; item Prolegomena ad carminis Ibn Durcidi edit. Boiscnianam, pag. 24.

CCLIV.

(N. 54. in fol.; olim N. 4. in fol.)

Corpus poëmatum el-Mutenebbii, in fol., foll. 183. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi optime exaratum. Titulus inscriptus est fol. 1. r. Incipit liber fol. 1. v. post Besmelam his verbis, introductionis causa praemissis: ولد ابو الطيب احمد بن الحسين بالكوفة فى كندة سنة ثلاث وثلاثماية وقال الشعر وهو صبى فى المكتب فمن اول شعره الخ ، In fine codicis fol. 183. r. similiter legitur notitia brevis de morte Mutenebbii, mense Ramadhân a. 354. (Chr. 965.) interemti*). Foliis primis scholia nonnulla adscripta sunt.

CCLV.

(N. 55. in fol.; olim N. 3. in fol.)

Idem poëmatum corpus cum commentario Wâhidii, in fol., foll. 437. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptum. Titulus legitur fol. 1. r.: كتاب شرح ديوان ابى الطيب احمد بن الحسين المتنبى رحمه الله شرحه الشيخ -- ابو الحسن على ابن احمد الواحدى النيسابورى رحمة الله تعالى عليه ام ، Praefationis initium, fol. 1. v.: الحمد لله على سوابغ النعم وله الشكر على جلايل القسم ، -- وبعد فان الشعر انقا كلام واعلا نظام**) ، Ipsa carmina et commentarius incipiunt fol. 3. r. Subscriptio finalis, fol. 437. v.: هذا آخر ما اشتمل عليه ديوانه الذى رتبه بنفسه وهو خمسة آلاف واربعماية وعشرون قافية وتقدر الفراغ من كتابة هذا الشرح فى شعبان سنة ثلاث وثمانين واربعمائة ، Sed hoc de apographo antiquiore intelligendum, paucis post Wâhidii mortem annis exarato. Mortuus est is a. h. 468. (Chr. 107$\frac{5}{6}$.); vid. Hâg'i Chalfa, vol. III. pag. 306.***)

*) Legitur quidem in codice nostro: a. 356.; sed minus recte. Vid. Ibn Challikân, edit. de Slane vol. I. pag. 51. sqq.; Hâg'i Chalfa, vol. III. pag. 306.

**) Recedunt paululum haec verba ab iis, quae laudat Hâg'i Chalfa l. l.

***) Apud Casirium vol. I. pag. 74. n. CCCVI. mortuus esse dicitur a. 464.

CCLVI.

(N. 56. in fol.; olim in Bibl. Univ. Haun. N. 5. in fol.)

Codex in fol. min., foll. 215. chartae orientalis vetustae laevigatae, char. Neschi bene scriptus, sed omissis haud raro punctis diacriticis, continens *primam partem ejusdem commentarii in Mutenebbii poëmata.* Praefatio incipit in dorso ejusdem folii, numero non signati, cui inscriptus est titulus, nunc vehementer laesus. Foll. 8—17. recentiore manu suppleta sunt. Annotationes passim adscriptae in margine. Respondet finis hujus partis primae iis, quae leguntur in cod. praecedente fol. 192. v. lin. 1. Conf. cod. CCLIV. fol. 76. v. extr.—77. r. lin. 4. Subscriptio fol. 213. r.: تجز الجز[ء] الاول من ديوان المتنبى بشرحه الخ . Absoluta est scriptio mense Mu'harrem a. 648. (Chr. 1250.)

CCLVII.

(N. 57. in fol.; olim N. 35. in fol.)

Mutenebbii poëmata cum scholiis copiosissimis, et in margine et inter lineas adscriptis; codex in fol., foll. 98. chartae orientalis laevigatae, usu aliquantum tritus, char. Neschi bene scriptus, sed omissis interdum punctis diacriticis. Fol. 1. r. versus quatuor carminis Hafizi leguntur, quorum ultimus hic est:

حافظ اب رخ خود بر درهر سفله مریز ،
حاجت ان به که بر قاضی حاجات بریم ،

vid. Diwan. Hafizi, Calc. 1791., fol. 90. r. Incipit liber fol. 1. v., desinit fol. 98. r. in medio carmine eo, quod legitur in cod. CCLIV. fol. 180. r.—181. v. Excerpta videntur scholia e commentario maxime Wâhidii, quem exhibent codices praecedentes. Sed non pauca in hoc codice desiderantur carmina.

CCLVIII. CCLIX.

(N. 46. et 47. in 8vo.)

Poëmatum Mutenebbii apographum Reiskianum, duo volumina complectens, in 8vo. Volumini priori, post praemissum folium unum, annotationibus variis repletum, hic titulus a Reiskio praefixus est: ديوان ابي الطيب المتنبى ، "Abi Dai'b Motanabbii Arabis inter Principes Poetae Carmina omnia. Cum scholiis excerptis Abil Hosein*) Ali ben Ahmed Wahediensis. E Codice Warneriano Bibliothecae Leidensis**) descripsi Jo. Jac. Reiske; mens. Martio 1739. Lugduni Batav. Tom. I." Folium sequens inter alia exhibet "Testimonium Abilolae de Motanabbio e Comm. Wahidaei ad 287. lin. antep." Carmina cum commentario occupant paginas 1—214. et 219—350. Nihil tamen deest. Passim adjectae sunt notae, Latine aut Germanice scriptae. Pag. 351. leguntur subscriptio hujus partis, e codice Lugdunensi deprompta, ipsiusque Reiskii notula: "Ego absolvi primam hanc partem die 30. Martii 1739." Pag. 352. nominum indicem continet.

Voluminis posterioris inscriptio haec est: "Pars Altera Operum Poeticorum Motanabbii cum paucis quibusdam scholiis Wahidaei. E Codice" cet. "mens. Aprili 1739. Leidae." In dorso tituli annotationes nonnullae Reiskii leguntur. Pagg. 353—626. reliquam partem poëmatum Mutenebbii cum scholiis continent atque notis marginalibus Reiskii; pag. 627. subscriptionem finalem codicis Lugd.; pag. 628. notulas aliquot Reiskianas.

CCLX.

(N. 48. in 8vo; olim N. 37. in 8vo.)

Anthologia, e carminibus Ibn el-'Hag'g'ág'i excerpta, in 8vo, foll. 122. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi satis bene, sed non eadem manu scripta. Titulus, fol. 1. r. inscriptus: تلطيف المزاج من شعر ابن الحجاج ، اختيار

---

*) Ita Reiskius; sed praestat: Abû -l'hasan.

**) In margine: "Codex in 4to. Num. legat. 230. num. cat. rec. 542." — Vid Catal. Bibl. Lugd. impressum pag. 472. n. 1555.

الاديب الفاضل الاريب الشيخ جمال الدين محمد الشهير بابن نَبَاته*) المصرى رحمه الله تعالى ، i. e. Blandimentum temperamenti e carminibus Ibn el-'Hag'g'âg'i captum; collegit G'emâl ed-dîn Mu'hammed, vulgo Ibn Nebâta (Nubbâta) dictus. Conf. 'Hâg'î Chalfa, vol. II. pag. 415. Vitam Ibn el-'Hag'g'âg'i, mortui a. h. 391. (Chr. 1001.), enarrat Ibn Challikân, edit. de Slane vol. I. pag. 228. sq.; conf. quoque 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 244. De Ibn Nubbâta, mortuo a. h. 768. (Chr. 136 6/7.), vid. quae monuimus ad cod. CCXXIX. Incipit Ibn Nubbatae praefatio fol. 1. v. his verbis: الحمد لله على جد الزمان وهزله وحزن الحال وسهله ، ; carmina, alphabetico ordine disposita, occupant foll. 2. r. — 122. v. lin. 1. Subscriptio finalis: تجز المختار الموجود من شعر ابن حجاج رحمه الله وبعد فى بعض النسخ زيادة لم يتفق الوقوف عليها هكذا قال مختصره امام البلغا ملك المتادبين الشيخ جمال الدين ابن نباته رحمه الله فيما وجد فى نسخة عليها خطه ومنه علقت هذه النسخة السعيدة وصلى الله الخ ،

CCLXI.

(N. 148. in 4to; olim N. 87. in 4to.)

Collectio carminum clarissimi poëtae Abû -l'alâ, quae appellatur: سقط الزند ، i. e. Scintillae igniario excussae; codex in 4to, foll. 142. chartae orientalis vetustae laevigatae, char. Neschi mediocriter scriptus et omissis saepissime punctis diacriticis, aqua aliquantum laesus. Nonnulla quidem scholia inter lineas adjecta sunt, aliaque non pauca in margine adscripta, in priore maxime codicis parte; non tamen omnino executus est librarius consilium, quod indicat titulus, cum annotationibus variis fol. 1. r. inscriptus: كتاب ايضاح سقط الزند وضو[ء]ه من شعر ابى العلا احمد بن عبد الله بن سليمن المعرّى ، Hoc enim nomine designatur Tebrîzii commentarius in librum Siqṭ ez-Zend ipsiusque auctoris commentarius ضوء السقط; vid. codicis sequentis Reiskiani subscriptionem finalem, pag. 572. Conf. praeterea de ipsa hac collectione et utroque commentario 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 601. sqq. In limine libri, fol. 1. v. lin. 1—6, brevissima legitur introductio genealogica et historica, cfr. Ibn Challikân, edit. de Slane vol. I. pag. 47. sqq.; quam sequitur usque ad fol. 2. r. lin. 3. inf. prooemium Abû-l-'Alâi in سقط الزند, vid. cod. sequ. pag. 8—9.*)— Ipsa carmina incipiunt fol. 2. v.; explicit liber fol. 140. v.**) In epilogo Tebrizii titulus repetitur: هذا اخر ايضاح سقط الزند وضو[ء]ه من شعر ابى العلا الخ ، . Accedit fol. 141. r. vita Abû-l-'Alâi, cui inscriptum est: مولد ابى العلا. In fine paginae sequitur subscriptio librarii, quae codicem absolutum esse docet mense Ramadhân a. 523. (Chr. 1129.), ab Abû -l'hasan 'Alî bin Naszr b. Mu'hammed b. 'Abd esz-Szamad el-Fandûreg'i (الفندورجى); de quo cognomine vid. Sujûtium in libro Lubb el-lubâb s. v. Foll. 141. v. 142. r. et v. varia leguntur, quae huc non pertinent, in his poëmation Persicum, punctis tamen diacriticis destitutum. — Ceterum conf. quae de Abû-l-'Alâo disputaverunt Silvestre de Sacy in chrestom. Arab., edit. 2ae vol. III. pag. 89. sqq.; J. Vullers in prolegomenis ad edit. Mu'allaqae 'Hâriϑi, cui Abû -l-'Alâi carmina duo annexuit.

CCLXII.

(N. 49. in 8vo.)

Codex Reiskianus, in 8vo, *Tebrizii commentarium in eandem carminum collectionem* continens. Post folium unum, cui notulas nonnullas inscripsit Reiskius, legitur titulus: شرح

*) Ita scriptum est in codice nostro; sed conf. quae monuimus ad cod. CCXXX.

*) Fol. 1. v. in margine adscripta est notula, quae Abû -l-'Alâum natum esse perhibet a. h. 399. Sed id errore nititur hominis, qui negligenter textum inspexerat; natus est poëta noster a. h. 363. (exeunte a. Chr. 973.), mortuus a. 449. (Chr. 1057.)

**) Turbatus est a bibliopego foliorum ordo; collocanda enim sunt fol. 75—121. ante fol. 60—74.

ديوان سقط الزند شعر الشيخ العلامة ابى العلا احمد ابن عبد الله بن سليمن التنوخى المعرّى للشيخ ابى زكريا يحيى للخطيب التبريزى. Sequuntur: pag. 1. "Tebrizii praefatio"; pag. 3. "Abilolae*) praefatio ad Commentarium suum proprium", المقدمة التى ذكر ما فى المقدمة من; pag. 6. قدّمها ضوء السقط, خطبة سقط الزند; pag. 8. الغريب; pag. 10. ذكر ما فيه من الغريب. Pag. 14. nihil scriptum est; pag. 15. denique incipit "Carmen Primum Abilolae a Jacobo Golio ad finem grammaticae Erpen. editum, p. 228. etc." Sequuntur pag. 35. et 36. a—e. carminis secundi versus priores novem cum commentario. Haec excipit altera quasi codicis sectio, pag. 1—572., primum versus illos novem sine commentario repetens, idem deinde carmen cum commentario ad finem perducens atque sequentia carmina persequens. In fine adjecta subscriptio codicis, ut non dubitamus, Lugdunensis, Catal. impressi pag. 473. n. 1574. aut 1575.: هذا اخر ايضاح سقط الزند وضوءه الخ; quae verba verum hujus commentarii nomen continent. Exaratus est ille codex a. h. 589. (Chr. 1193.) Accedunt pag. 573. Genealogia Abû -l-'Alâi (نسب ابى العلا) et de natalibus et vita ejus notitia (مولده) eadem, quæ fol. 141. r. cod. præced. legitur. Pag. denique 574. et 575. epilogus legitur Tebrîzii, qui in cod. præced. fol. 140. v. invenitur. — Conf. de cod. nostro Reiskens Lebensbeschr. pag. 164. n. 33.

CCLXIII.

(N. 58. in fol.; olim N. 7. in fol.)

*Szalâ'h ed-dîni Chalîl bin Îbek esz-Szafedî**) Commentarius in clarissimum poëma* لامية العجم, compositum ab *Abû Isma'îl el-'Hasein bin 'Alî*, notissimo sub nomine *el-Tughrâi*, mortuo circa*) a. h. 515. (Chr. 112½.); codex in fol., foll. 303. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi mediocriter scriptus. Commentarium appellavit auctor: غيث الادب الذى انسجم فى شرح لامية العجم i. e. Pluvia studiorum humanitatis, effusa in explicando poëmate Lâmijjet el 'Ag'em.**) Paucis eum commemorat 'Hâg'i Chalfa, vol. IV. pag. 340. sq. Fol. 1. r. legitur titulus partis prioris eleganter exornatus: الاول من الغيث الذى انسجم فى شرح لامية العجم للامام صلاح الدين خليل ابن ايبك الصفدى سقا الله ثراه — Praefationis initium, fol. 1. v.: الحمد لله الذى شرح صدر من تادب، ورفع قدر من تاهل العلم وتاعب. Introductionis causa vita poëtae enarratur ducibus Ibn Challikân, 'Imâd ed-dîn, Ibn Aϑîr aliisque fol. 4. r. sqq., cui annexa est tractatio de Alchymia fol. 5. v.—fol. 8. r.; sequuntur disputatio de nomine carminis fol. 8. r.—fol. 11. v.; fragmenta ex poësi Tograi fol. 11. v.—16. r.; disputatio de العروض et القافية fol. 16. r.—20. r., quam excipit commentarius singulorum versuum in tres partes divisus: اللغة, الإعراب, المعنى. — Fol. 154. r. et v. subscriptio legitur partis prioris: هنا انتهى الجزو الاول من غيث الادب الذى انسجم الخ. Indicatur fol. 154. v. nomen librarii Ibrahîm bin Mu'hammed b. el-Fadhl, et scriptionis tempus, a. h. 831. (Chr. 142⁷⁄₈.) — Parti posteriori item praefixus est titulus ornatissimus, priori similis, fol. 155. r. Totus liber clauditur fol. 303. r., ubi subscriptio legitur, priori simillima.

CCLXIV.

(N. 149. in 4to; olim N. 31. in 4to.)

Collectio carminum, quae composuit *Abû 'Abd allâh A'hmed bin Mu'hammed*, vulgo *Ibn*

*) Hanc pronuntiationem viris doctis plerisque jam minus probari notum est.

**) Mortui a. h. 764. (Chr. 136²⁄₃.) Vid. quae de hoc scriptore disputavit clar. Grangeret de Lagrange, anthol. Arabe, pag. 134.

*) Ipsi anno 515. mortem ejus assignat 'Hâg'i Chalfa, vol. I. pag. 255. n. 503.; sed conf. Ibn Challikân in vita hujus poëtae, edit. de Slane vol. I. pag. 235. sq.

**) Corrigendus est hujus libri titulus apud Hammerum, Wiener Jahrbb. vol. LXIV. Anzeigebl. pag. 2. n. 106.

el-Chajjât (sartoris filius) dictus, Damascenus, mortuus a. h. 517. (Chr. 112¾.); codex antiquus, in 4to, foll. 137. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi optime scriptus. De hoc poëta ejusque libro vid. Ibn Challikân, vol. I. pag. 65. sqq.; 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 245.; conf. etiam Casirius, vol. I. pag. 110. sq. n. 373.; sed codex ille Escurialensis LII. tantum carmina continet, excerpta fortasse e collectione nostra. Fol. 1. r. legitur titulus: ديوان الشيخ ابى عبد الله احمد بن محمد الخياط الدمشقى ; in margine vero recentiore manu adscriptum: هذا ديوان ابن الخياط عليه الرحمة وفى حاشيته كتاب نصيحة الملوك لحجة الاسلام الامام الغزالى برد الله مضجعه ونفعنا بعلومه . Ipsa illa carminum collectio incipit fol. 1. v. Primo carmine celebratur princeps ابو منصور اتق (sic) بن عبد الرزاق, qui Damascum venit a. h. 487. aut 489. Desinit liber fol. 137. v. Sed in margine inde a fol. 10. r. usque ad fol. 70. v. recentiore manu, eaque satis rudi, alia adjecta sunt, Arabice scripta, quae pertinent, ut in margine tituli annotatur, ad clar. theologi *Ghazâli* librum, qui vocatur: نصيحة الملوك i. e. Admonitio regum; vid. Flügel in Wiener Jahrbb. vol. XCVII. Anzeigebl. pag. 25. n. 164.*)

CCLXV.

(N. 150. in 4to; olim N. 57. in 4to.)

Corpus poëmatum Nâszi'h ed-dîni Abû Bekr A'hmed bin Mu'hammed b. el-'Husein el-Arrag'âni, in 4to, foll. 297. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptum. De hoc poëta, a. h. 544. (Chr. 1149.) mortuo, ejusque libro vid. Ibn Challikân, vol. I. pag. 69. sqq.; 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 260. sq. Codicis nostri fol. 1. 2. nihil scriptum est; fol. 3. r. septem leguntur poëmatia a variis poëtis composita. Fol. 4. v 5. r. vita Arrag'ânii enarratur, duce Ibn Challikân. Fol. 5. r. praeterea inscriptus est titulus: هذا ديوان القاضى الفاضل الاديب ابو (sic) بكر احمد بن محمد بن الحسين الارجانى الملقب ناصر*) الدين رحمه الله تعالى امين . Infra adjecta sunt disticha nonnulla, composita ab ابو الغارات طلايع بن رزيك الملقب الملك الصالح**) وزير مصر, et ab ابو الفرج عبد الواحد بن نصير المخزومى الشاعر المعروف بالببغا***) . Carmina alphabetico ordine disposita incipiunt fol. 5. v. Primo carmine celebratur Chalîfa el-Mustazhhir billâh. Lacunae subinde exstant in codice nostro, ut fol. 55. r. sq. 99. v.—100. v. 149. v. 192. r. 235. v. 258. r. 277. r. sq. Explicit liber fol. 294. v.; absoluta est scriptio mense Rebî' secundo a. 1099. (Chr. 1688.), manu 'Hasani bin 'Alî b. A'hmed el-'Haddâd el-Mekkî er-Rûmî. Disticha nonnulla in fine paginae exarata sunt, folia vero 295—297. nihil continent scripti.

CCLXVI.

(N. 151. in 4to; olim N. 30. in 4to.)

Corpus poëmatum clarissimi ICti et poëtae *Abû -l'hasan 'Umâre el-Jemenî*, in 4to, foll. 217. chartae orientalis vetustae laevigatae, char. Neschi antiquo optime scriptum. Fol. 1. v. variae leguntur notitiae, de vita et morte maxime hujus poëtae agentes, quarum prima manu Ramadhâni cujusdam el-Ghatîfî exarata et e libro ثمرات الاوراق deprompta est, cfr. cod. CCXV. fol. 11. sq.; alia e Sujûtii libro بغية الوعاة فى طبقات النحويين واللغاة excerpta, de quo vid. Flügel in Wiener Jahrbb. vol. LX. Anzeigebl. pag. 10. n. 329.; tertia denique e Szafedii commentario in Tughrâii poëma Lâmicum, cfr. cod. Bibl. Reg. CCLXIII. fol. 253. r. Uberius de 'Umara egit Ibn Challikân, vol. I. pag. 523. sqq., sed ibi praenomen ejus est Abû Mu'hammed, contra auctoritatem codicis nostri. Mor-

*) In cod. nostro CLXXII. hic liber Persice scriptus esse perhibetur.

*) Legendum est ناصح الدين et similiter corrigendum in vita ejus, fol. 4. v.

**) Vitam ejus enarrat Ibn Challikân, vol. I. pag. 335. sqq.

***) Conf. Ibn Challikân, vol. I. pag. 414. sq.; sed ibi legitur: بن نصر pro بن نصير .

tuus est a. h. 569. (Chr. 117¾.), a Szalâ'h ed-dîno in crucem sublatus. Libri titulus, fol. 2. r.: ديوان شعر ابى الحسن عُمارة بن ابى الحسن الحكمى اليمنى الخ . Et similiter fol. 2. v. in limine carminis primi, a. 556. compositi, scriptum est: قال الشيخ الاجل ابو الحسن عُمارة اليمنى . Clauditur codex fol. 215. v., ubi in margine carmen aliquod 'Umarae recentiore manu adscriptum est et variorum hominum, qui hoc libro usi sunt, subscriptiones leguntur, in his una, a. h. 604. (Chr. 120⅞.) exarata. Foll. 216. 217. nihil continent scripti.

CCLXVII.

(N. 152. in 4to; olim N. 19. in 4to.)

Corpus poëmatum Kemâl ed-dîni Abû -l'hasan 'Ali, vulgo *Ibn en-Nebîh* dicti et a. h. 619. (Chr. 122⅔.) mortui; in 4to, foll. 47. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi satis bene scriptum. Conf. 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 251. Titulus, fol. 1. r. inscriptus: هذا ديوان سيدنا ومولانا القاضى على كمال الدين ابو الحسن بن النبيه الخ . Praefationis initium, fol. 1. v.: الحمد لله الذى بث ارواح العقول فى اجساد الصدور . Dedicata est haec collectio Sultâno Muzhaffir ed-dîn Abû -lfat'h Mûsâ, fil. clarissimi Sultâni el-Malik el-'Adil Seif ed-dîn Abû Bekr bin Ajjûb. Ipsa carmina incipiunt fol. 2. r.; clauditur codex fol. 45. v., exaratus mense Szafer a. 157. (i. e. 1157., Chr. 1744.), a Chalîlo ibn es-Sajjid 'Alî esz-Szamâdî (الصمادى). Foll. 46. 47. nihil est inscriptum. — Ceterum conf. Uri ad cod. Bodl. 1297.; Casirius, vol. I. pag. 90. ad codd. CCCXLII. et CCCXLIII., ejusdem poëtae carmina continentes, sed a nostra collectione fortasse distinguendos. In codice nostro carmina alphabetico ordine non sunt disposita, ut in cod. Escurialensi CCCXLIII., si modo fides habenda Casirio.*)

*) Primum carmen codicis Escur. CCCXLIII. legitur in cod. nostro fol. 3. r. sqq.; exeunt tamen versus ejus in litteram ه.

CCLXVIII.

(N. 50. in 8vo; olim N. 12. in 8vo.)

Corpus poëmatum clarissimi Abû 'Hafsz 'Omar bin Abî -l'hasan bin 'Alî, vulgo *Ibn el-Fâridh* dicti et a. h. 632. (Chr. 1235.) mortui; codex in 8vo, foll. 94. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene et accurate scriptus. Vid. vitam ejus poëtae apud Ibn Challikânum, vol. I. pag. 533. sq.; conf. 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 247. sq.; Silvestre de Sacy, chrestom. Arabe, edit. 2a, vol. III. pag. 130. sqq.; Grangeret de Lagrange, anthol. Arabe, pag. 117—121. Collegit haec poëmata 'Alî, auctoris nepos, cujus praefatio incipit in codice nostro fol. 1. v., explicit fol. 23. r. Praefationis initium: الحمد لله الذى خص حبيبه الاسنى بمقام العز والكرامة . Subscriptio finalis, fol. 93. v.: تم الديوان الشريف الخ . Accedunt fol. 94. r. et v., alia manu exarata, carmina duo, quorum prius composuit 'Afîf ed-dînus et -Tilimsânî.

CCLXIX.

(N. 59. in fol.; olim N. 58. in 8vo.)

Alterum ejusdem libri exemplum, in fol., paginarum 124., in charta orientali firma char. Neschi bene scriptum. Praefatio incipit pag. 1., sed recedunt paululum prima ejus verba ab iis, quae e codice praecedente deprompsimus. Hic enim legitur: الحمد لله الذى اختص حبيبه الاسنى بمقام قاب قوسين او ادنى . Ipsa carmina incipiunt pag. 29. Subscriptio finalis, pag. 124.: وقد نجز الغرض من هذا الديوان الشريف على التمام والكمال وقوبل على نسخة بخط ولد الشيخ قوبلت على الشيخ وعلى بذل الجهد والطاقة ، والحمد لله على ذلك وعلقها الفقير على التلماوى بخطه لنفسه . Infra legitur: وكان كاتبه وناسخه الفقير — القس لاونديوس سالم الحلبى بمدينة رومية الكبرى بتاريخ شهر اب فى اواخره سنة ستين وسبعماية والف مسيحية . De hoc presbytero Lavendio Sâlim conf. ad cod. Bibl. Reg. CCXXVI.

CCLXX.

(N. 153. in 4to; olim N. 68. in 4to.)

Corpus poëmatum Behâ ed-dîni Abû -lfadhl Zuheir bin Mu'hammed bin 'Ali, in 4to, foll. 129. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi optime scriptum. Conf. 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 282. n. 5445. Titulus, fol. 1. r.: هذا ديوان العلامة العمدة البارع البليغ السيد الامام البحر الحبر (leg.: الحبر) الهمام بها الدين شرف الفضلا سكردان الشعرا والفصحا ابو (sic) الفضل زهير المهلبى الحجازى المصرى الخ. Infra praeter alia leguntur poëmatia duo, quibus celebratur Behâ eddînus noster, alterum a Sa'd ed-dîno Ibn el-'Arabî, alterum a Zein ed-dîno el-Ma'hâsinî compositum. In praefatione, fol. 1. v., cujus prima verba attulit 'Hâg'î Chalfa, auctoris nomen plenius hoc modo traditur: قال الوزير الصاحب الفاضل الرئيس البليغ البارع الامام العالم الحبر الهمام بهاء الدين جمال الاسلام مفخر العلما شرف الفضلا سَكْرَدان (sic) الشعرا والفصحا ابو الفضل بن زهير (sic) بن الصاحب محمد بن الصاحب على بن يحيى بن الحسين بن جعفر بن منصور بن عاصم المهلبى الصالحى المصرى الحجازى الازدى. Natus esse dicitur Meccae a. h. 581. (Chr. $1185/6$.) Ipse poëta deinde narrat, hoc volumen se collegisse et ordine alphabetico disposuisse carmina, quae condiderit adolescens. Incipiunt ea fol. 2. r., absolvuntur fol. 126. v. Subscriptio finalis, de vita et morte poëtae maxime agens, fol. 127. r. occupat. Mortuus esse dicitur Qâhirae, a. h. 656. (Chr. 1258.), quocum non consentiunt quae narrat Casirius, vol. I. pag. 139. ad cod. CCCCLXXV., eadem carmina continentem. Exaravit codicem et absolvit mense Rebî' secundo a. 1015. (Chr. 1606.) Zein ed-dînus bin Chalîl el-Achnâî (الاخنائى). Quae fol. 128. r.—129. v. a diversis hominibus negligenter exarata sunt, ad ipsum librum non pertinent. — Ceterum conf. Catal. Bibl. Reg. Paris. n. 1448. et Herbelotius s. v. Dhehir.

CCLXXI.

(N. 51. in 8vo; olim N. 29. in 8vo.)

Poëmata in laudem Prophetae, quibus inscriptum est: القصائد الوتريات, i. e. carmina preces lege non praescriptas [الوتر] continentia, auctore *Meg'd ed-dîn Mu'hammed bin Abî Bekr bin Reschîd* Baghdâdensi, a discipulo Mu'hammed bin 'Abd-el 'Azîz in versus quinarios redacta et edita; cod. in 8vo, foll. 67. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene exaratus.*) Titulus fol. 1. r.: هذه القصائد الوتريات نظم العالم العلامة مجد الدين محمد بن أبي بكر بن رشيد الواعظ البغدادى رحمه الله تعالى امين. Praefationis initium, fol. 1. v.: الحمد لله الذى فضل بعض النبيين على بعض. E nonnullis hujus praefationis locis apparet, poëtam in Hispania a. 652, (Chr. $1254/5$.), in Aegypto a. 661. (Chr. $1262/3$.) vixisse. Praefationem editoris nuper commemorati fol. 3. r.—3. v. sequuntur inde a fol. 3. v. Qaszîdae XXIX. secundum litterarum Arabicarum numerum**), quae singulae XXI. versus continent. Exordium cujusque versus ex more celebrato orientalium tria hemistichia faciunt, auctore Mu'hammede bin 'Abd-ul-'Azîz scriba, discipulo Meg'd ed-Dîni, cujus in praefatione fol. 3. r.—3. v. nomen integrum invenitur: محمد بن عبد العزيز الوراق ابن الشيخ الفقيه مجد الدين محمد بن عبد الملك بن شعبان اللخمى الاسكندرانى; hemistichia illa versum textus quinarium [التخميس] reddunt; vid. Freytag, Darstellung der arab. Verskunst, pag. 408. sqq. — Desinit liber fol. 67. r., ubi subscriptio finalis legitur: كملت هذه القصائد مع تخميسها على يد مكملها الحقير عبد الله الادكاوى الخ; exaratus est codex a. h. 1173. (Chr. $1759/60$.)

---

*) Folia 1—3. recentiore manu minus accurate suppleta sunt.

**) Paenultima littera est لا.

CCLXXII.

(N. 154. in 4to; olim N. 67. in 4to.)

Commentarius in Bûszîrii carmen clarissimum, el-Burde dictum; in 4to, foll. 83. chartae orientalis laevigatae, char. Nesta'lîq mediocriter scriptus. Commentarii auctorem, cujus nomen in codice nostro non reperitur, discimus ex 'Hâg'î Chalfa, qui vol. IV. pag. 525. sq. e praefatione in commentarium *Mu'hjî ed-dîni Mu'hammed bin Musztafa*, vulgo *Scheichzâde* dicti et a. h. 951. (Chr. $154\frac{4}{5}$.) mortui, eadem verba laudat, quae leguntur in limine codicis nostri, fol. 1. v. Ipsum carmen cum commentario incipit fol. 4. r., explicit fol. 82. r. Passim adjecta sunt in margine scholia, exordia versuum similia, quæ in cod. antec. inveniuntur, versiones Persicae et Turcicae. Specimen exordii versus primi sit:

ما بالُ قلْبك لا ينفكّ ذا الـــم ،
مذ بانَ أهل الحمى والبان والعلم ،
وانهلّ مدمعُك القانى بمنسجم ،

Specimen versionis Persicae sit primum distichum:

ای زیاد صحبت یارنت اندر ذی سلم ،
اشک چشم آمیختی با خون روان کشته بهم ،

cfr. Fleischer cat. biblioth. Lips. p. 434. — Exaravit codicem 'Alî bin Scha'bân a. h. 1034. (Chr. $162\frac{4}{5}$.) — E duplici inscriptione fol. 83. r. et v., altera Germanica, Latina altera, hunc librum discimus ad spolia ex expugnatione urbis Budae a. 1686. reportata pertinuisse, et a. 1717. Lehmanno, Krempensium in Holsatia antistiti, dono datum esse.

CCLXXIII.

(N. 155. in 4to.)

Ejusdem carminis el-Burde apographum Reiskianum cum commentario, in 4to. Titulum codici praefixit Reiskius, pag. 1.: "Al Bordah, carmen Arabicum laudes Muhammedis prophetae celebrans, ex gemino codice msto Bibl. Regiae Dresdanae descripsit mense Febr. 1748. Jo. Jacobus Reiske." Idem infra notulas nonnullas adscripsit. Pag. 2. legitur "Particula praefationis ad codicem A. Dresdanum." Est ea praefatio commentarii, quem scripsit 'Alî bin Meg'd ed-dîn es-Suhrawerdî el-Bistâmî, de quo vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. IV. pag. 525.*) Sequitur pag. 3. "Praefatio ad codicem B. Dresdanum, e quo solo sequentia describemus;" et haec quidem praefatio in commentarium Châlidi bin 'Abd allâh **) el-Azherî; vid. 'Hâg'î Chalfa, l. l. pag. 526. In fine ejusdem paginae ipsum poëma incipit atque commentarius. Explicit liber pag. 25. Subscriptio Reiskii: "mense Febr. 1748." — Conf. Catal. Bibl. Reg. Dresd. n. 219. et Reiskens Lebensbeschr. pag. 165. n. 40.

CCLXXIV.

(N. 156. in 4o.; olim in Bibl. Univ. Haun. N. 2. in 4to.)

Carminis el-Burde apographum, ab Europaeo aliquo homine scriptum et Europaeorum more a sinistra incipiens. Titulus, codici praefixus: "Carmen in Laudem Mohammedis descriptum ex MSS. codic. qui in Biblioth. Colleg. Emanuelis Cantabrigiae asservantur." Sequuntur folia 17., quorum in parte anteriore inscriptum est illud poëma cum variis lectionibus; in parte aversa annotationes et supplementa nonnulla leguntur. Sequitur fol. 18. r. 19. r. 20. r. "Praefatio Autoris in hoc Carmen compositum in laudem Mohammedis." Fol. 21. r. 22. r. ex libro aliquo MS. exordia bina singulis versibus praemissa, transscripta sunt; — alterum

---

*) Sed ibi pro es-Suhrawerdî impressum est esch-Schâhrûdî, idemque nomen Fleischerus deprompsit e cod. Dresd. 219.

**) Fleischerus ad cod. Dresd. 219. pro 'Abd allâh habet 'Ubeid allâh. Eundem tamen scriptorem esse suspicamur, cujus mentio facta ad cod. CXC.

quinque hemistichia continens Mu'hammedis bin el-Wefâ [cfr. Hâgî Ch. T. IV. p. 533.], alterum, quod in margine Cod. CCLXXII. legitur, tria.

CCLXXV.

(N. 157. in 4to.; olim N. 65. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 263.*) chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, continens *collectionem poëmatum Szafijj ed-dîni 'Abd el-'Azîz bin Serâjâ bin 'Alî el-'Hillî*, mortui a. h. 759. (Chr. 1358.); de qua vid. 'Hâg'i Chalfa, vol. III. pag. 291.; clar. Bernstein in Prolegomenis ad Szafieddini carmen, a. 1816. Lipsiae editum, pag. 3. sq.

Fol. 1. r. inscriptus est titulus: هذا ديوان الصفى الحلى رحمه الله . Praefationis initium, fol. 1. v.: الحمد لله الذى علم الانسان البيان ومن عليه به . Dividitur totus liber in capita XII., sectiones XXX. complectentia:

Cap. I. fol. 4. r.—fol. 20. r.
فى الفخر والحماسة والتحريض على الرياسة ،

Cap. II. f. 20. r.—f. 78. v.**)
فى المدح والثناء والشكر والهناء ،

Duæ hujus capitis sectiones titulos inscriptos habent الناصريات et المنصوريات, encomia continentes Nâszir ed-Dîni Muhammedis b. Qalawûn, domini Aegypti, et Manszûri Nag'm ed-dîni Abû-l-Fat'h b. Gâzi.

Cap. III. f. 78. v.—f. 90. v.
فى الطرديات [Cynegetica] وأنواع الصفات ،

Cap. IV. f. 90. v.—f. 113. v.
فى الأخوانيات وصدور مراسلاته ،

Cap. V. f. 113. v.—f. 145. r.
فى مراثى الأعيان وتغازى الاخوان ،

Cap. VI. fol. 145. r.—f. 177. v.
فى الغزل والنسيب وظرايف التشبيب ،

Cap. VII. fol. 177. v.—206. r.
فى الخمريات والنبذ والزهريات ،

Cap. VIII. f. 206. r.—f. 219. r.
فى الشكوى والعتاب وتقاضى الوعد والجواب ،

Cap. IX. fol. 219. r.—f. 229. r.
فى الهدايا والاعتذار والاستعطاف والاستغفار ،

Cap. X. f. 229. r.—f. 239. v.
فى العويص والالغاز والتقييد للايجاز ،

[De arte vocis varia significatione adhibendae punctis diacriticis mutatis; de aenigmatis et versibus memorialibus.]

Cap. XI. f. 239. r.—f. 252. v.
فى الملح والأحاجى والاحماض والتناجى ،

Ultima sectio hujus capitis poëmata lasciva et obscoena continet.

Cap. XII. f. 252. v.—f. 261. r.
فى الأدب والزهديات ونوادر مختلفات ،

Subjunguntur fol. 261. v. 262. r. disticha haec, auctore clar. Qanâlî Zâde [مولانا على افندى ابن امر الله المعروف بقنلى زاده], supremo Anatoliae judice, de quo vid. ad cod. CCXXXI.:

أرى فى صُدْغك المُعْوَجّ دالًا ، عليها نقْطَةٌ من مسْكِ خالِك ،
فأصْبح دالُه بالنّقْــط ذالًا ، فها أنا عالِك من أجل ذلك ،

et carmen eroticum, cujus hoc est initium:

سلام على مَنْ ليس يحفظ لى عهدى ،
ومَنْ دأبه نسيانُ ما صحّ من ودّى ،

Codex Qahirae emptus a b. von Haven; vid. J. D. Michaelis litt. Briefwechsel, vol. II. pag. 40. n. 12.

CCLXXVI.

(N. 60. in fol.; olim N. 14. in fol.)

Codex in fol., foll. 286. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi magno optime scriptus, *poëmata* continens *in laudem Prophetae*, condita a *Schems ed-dîno Abû 'Abd allâh Mu'hammed bin 'Abd allâh bin Mu'hammed*, vulgo

*) Non pauca codicis folia recentiore manu suppleta sunt, ut foll. 1—3. 9—20. 35. 38. 42. 47. 50. 246—261.

**) Falso sectio II. Cap. 1. فى التحريض على الرياسة fol. 38. r.—f. 59. v. Cap. II. a librario adscripta est.

el-Chaffâf dicto. Vocatur haec collectio, ut docet subscriptio finalis: بذل الاستطاعة فى مدح صاحب الشفاعة ، i. e. Largitio obsequii, liber agens de laudibus optimi deprecatoris. Poëmata secundum ordinem alphabeticum rhythmorum finalium digesta et vocalium signis maximam partem instructa sunt. Codex, ab initio mutilus, fol. 1. r. incipit a verbis: واذن لى فى الكلام فقلت ، حرف الهمزة ، quae excipit ipsius carminis primi initium;

يا اصلَ دآيِ فى الهوى ودوآى ،
يا راحتى ابدا وطُولَ عَنآى ،

Adjicitur in fine codicis fol. 285. v. 286. r. epilogus poëtae, soluta oratione scriptus, sed desinens in disticha haecce:

لقد قال كعب فى النبىّ قصيدة ،
وقلنا عسى فى مدحه نتشارك ،
فان شمّلتْنا بالجوائز رحـــمة ،
كرحمة كعب فهو كعب مبارك ،

Clausula finalis, scriptoris ipsiusque libri nomen prodens, legitur fol. 286. v. Absoluta est scriptio mense Mu'harrem a. 787. (Chr. 1385.)

CCLXXVII.

(N. 158. in 4to; olim N. 66. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 88. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus, continens *poëmata* partim in laudem prophetae, partim theosophici et erotici argumenti, de quorum auctore nobis non constat. Inscriptus est quidem fol. 2. r. titulus in hunc modum: هذا ديوان العارف بالله تعالى سيدى محمد بن وفا نفعنا الله تعالى ببركاته امين ، ; sed infra alia manu adscriptum est: فيه ديوان ولده سيدى على وفا قدس الله تعالى سرهما ، ; quae verba utrum correctionis causa adjecta sint, an supplementum tituli exhibeant, non liquet. Deinde haec sequuntur, minio exarata: منْ (مِن i. e.) مَنّ مَنْ مَنّ أمَنّ الامتنان ، على الفقير الى الغنى المنّان ، المقصر سليمان ، الخَوْلانى الحنفى ، عامَلهُ المَوْلى بلطفه الخفى ، et infra alia manu scriptum est: ايضا فى هذا المجموع المبارك ديوان الشيخ الولى العارف الى الفضل ابن وفا قدس الله سره ، . Videntur igitur olim diversorum, sed ejusdem familiae poëtarum carmina eodem volumine fuisse comprehensa; sed ea, quae nunc exstant, unius videntur esse scriptoris, aut *Mu'hammedis bin Wefâ*, aut filii ejus, qui truncato sine dubio nomine appellatur *'Alî Wefâ*. Dîwânum 'Alii bin el-Wefâ, Alexandrini, Schâdilitae, mortui a. h. 807. (Chr. 140$\frac{4}{5}$.), commemorat 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 251.*) G'emâl ed-dînum Mu'hammed bin el-Wefâ idem laudat, vol. IV. pag. 532. extr.; Casirius, vol. I. pag. 153. ad cod. DXXI., mentionem fecit Abû -lfadhli bin Wefâ. — Incipit codex noster fol. 2. v. a carmine in laudem Mu'hammedis M. versus continente, cujus hoc est initium:

لَبَيْتِ فؤادى فى سبيل مَحَبَّتِى ، تحجّ قلوب للأحبّة حَنّتِ ،

In fine ejus carminis, fol. 28. v., notatur: تمت القصيدة الموسوية بحمد الله تعالى وعونه ، . Desinit codex fol. 88. r.

CCLXXVIII.

(N. 159. in 4to; olim N. 27. in 8vo.)

Codex in 4to minore, foll. 78. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi satis bene scriptus, continens *collectionem* autographam, ut videtur, *poëmatum 'Abd el-Qâdiri bin Abî Bekr bin Chidhr ed-Dimâszi*. Libri nomen auctorisque prodit titulus, fol. 1. r. inscriptus: كتاب الدر المنتقى من نظم كاتبه العبد — عبد القادر بن ابى بكر بن خضر الدماصى الخ ، . Ejusdem poëtae est ille liber: المنتخب الصغير من الديوان الكبير ، , quem descripsit Casirius, vol. I. pag. 137. n. CCCCLXXI., auctorem floruisse tradens circa a. h. 859. (Chr. 1455.) Praefationis initium, fol. 1. v.: الحمد

*) Idem esse videtur scriptor, cujus mentionem facit Casirius, vol. I. pag. 113. n. CCCLXXXII. — Alium poëtam, Sajjid 'Alî Wefâ appellatum et Damasci natum, commemorat idem, vol. I. pag. 130. n. CCCCXLIII., eumque sexto post fugam saeculo floruisse tradit.

لله الذى علّم بالقلم علم الانسان ما لم يعلم*) ، Ipsa carmina, alphabetico ordine disposita, incipiunt fol. 2. r., desinunt fol. 77. r. Accedit epilogus poëtae, fol. 77. r. — 78. r., ubi sequitur subscriptio finalis: وهذا اخر الديوان والحمد الخ ، تم على يد ناظمه العبد الخ ، Absolutus est liber mense Rebî' secundo a. 892. (Chr. 1487.)

CCLXXIX.

(N. 160. in 4to; olim N. 28. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 98. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi bene scriptus. Continet *collectionem poëmatum argumenti theosophici Schihâb ed-dîni A'hmed el-Qusantînî*, Schâdilitae, Mâlikitae, ut docet titulus, libro praefixus, fol. 1. r., ubi tamen scriptum est: القسنطونى pro القسنطينى, quod legitur in limine praefationis, fol. 1. v.**) Carmina incipiunt fol. 2. v. Accedunt in fine codicis, inde a fol. 85. v., varia, soluta oratione scripta, ut narratio de revelationibus Schihâb ed-dîno per somnia transmissis, quorum unum accidit a. h. 881. (Chr. 147 6/7.); precatio aliaque, ab eodem poëta partim a. h. 898. (Chr. 149 2/3.) conscripta, usque ad fol. 96. r., ubi sequitur subscriptio 'Alii cujusdam, ICti Tunetani, qui hanc collectionem descripsit mense Mu'harrem a. 919. (Chr. 1513.); sed infra adjicitur, si bene legimus: ومن خطه كتب الفقير -- محمد بن عبد الرحمن بن محمد بن عبد الرحمن بن احمد النستراوى بلدا والشافعى مذهبا الخ ، et haec quidem exarata sunt mense Mu'harrem a. 920. (Chr. 1514.) Adjicitur praeterea fol. 96. v.— 98. r. epimetrum ICti illius Tunetani, in quo de fatis hujus collectionis agit atque narrat, quomodo ad se ea pervenerit. — Fol. 98. v. inscripta est notitia de natalibus 'Imâd ed-dîni cujusdam 'Abd er-Ra'hîm Ja'hjâ bin 'Abd el-Qâdir bin Bedr ed-dîn Mu'hammed b. Scheref ed-dîn 'Abd el-Wahhâb el-Muwaqqi' el-'Hanefî.

*) Eadem verba vide infra, n. CCCIV., in fragmento secundo.

**) Vocatur idem *A'hmed bin Abî Bekr* fol. 94. r. et v.

CCLXXX.

(N. 161. in 4to; olim N. 94. in 4to.)

Codex in 4to minore, foll. 38. chartae orientalis, char. Neschi optime scriptus, sed aqua vehementer laesus, continens *poëmata* clarissimi Sultâni *Qânszûh el-Ghaurî*, qui Aegypti imperium tenuit annis h. 906—922. (Chr. 1501—1516.) Fol. 1. v. post Besmelam haec legitur inscriptio: من نظم المقام الشريف مولانا السلطان الملك الاشرف ابو (sic) النصر قنصوه الغورى ، Deinde sequuntur carmina majore ex parte ascetici argumenti; inscripti sunt tituli fol. 4. 10. قصيدة خمرية, fol. 7. قصيدة صوفية, et moduli cantuum saepissime indicati sunt. Desinit codex, vocalium signis ubique instructus, fol. 38. r.

CCLXXXI.

(N. 162. in 4to; olim N. 35. in 8vo.)

Codex in 4to, foll. 403. chartae orientalis laevigatae, partim variis coloribus tinctae, char. Neschi bene scriptus, continens *corpus poëmatum Imâmi Mu'hammed bin A'hmed bin 'Abd allâh*, vulgo dicti *Mâmâï er-Rûmî* et mortui a. h. 987. (Chr. 15 79/80.); de quo vid. 'Hâg'i Chalfa, vol. III. pag. 313. n. 5661. Fol. 1. r. inscriptus est titulus: هذا ديوان الشيخ -- ماماى الرومى خلد الله روحه فى الجنان امين ، Praefationis initium, fol. 1. v.: احمد الله تعالى حمد من ابتكر عرائس ابكار الافكار فى بيوت النظام ، Fol. 2. r. lin. 4. et 3. a fine pag. minio exprimendum erat nomen, quod Diwâno suo imposuit auctor; sed incuria librarii praetermissum est explere lacunam. Ipsa poëmata varii argumenti incipiunt fol. 2. v.; epexegeses poëticae, quae تخميس appellantur, saepissime inveniuntur; sic in poëma celeberrimum 'Omari bin el-Fâridh الخمرية

dictum fol. 133. v.—139. v.; in alia carmina ejusdem auctoris 140. v. et 175. v.; in carmen Behâ ed-dîni Zuheiri fol. 150. v. [cfr. Cod. CCLXX. fol. 111. r.]; in carmen satis longum Abû-s-Su'ûdî fol. 154. r.—168. r.; in carmen minus Muhammedis Wefâi fol. 168. r., quod quidem in cod. nostro CCLXXVII. non reperitur; in celeberrimum carmen Burde dictum fol. 291. r. —315. v. — Desinit codex fol. 403. r., ad finem perductus mense G'umâdâ posteriore a. 1060. (Chr. 1650.)

CCLXXII.

(N. 163. in 4to; olim N. 21. in 8vo.)

Codex in 4to, foll. 74. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi distincte quidem, sed non eleganter, neque eadem manu scriptus, continens *poëmata in laudem Prophetae,* composita a *Schems ed-dîno Mu'hammed esz-Szâli'hî,* Damasceno. Titulus, fol. 1. r. inscriptus: هذا الديوان النبوى للمرحوم الشيخ العلامة شمس الدين محمد الصالحى الدمشقى الخ . Introductionem poëticam, cujus initium hoc est:

هل ظبى زرود على العهود كما كان ،
ام حال وصدّت دوين ذلك ازمان ،

carmina in ordinem alphabeticum disposita sequuntur.

Desinit liber fol. 74. r.; absoluta est scriptio mense Mu'harrem a. 1026. (Chr. 1616.)

CCLXXXIII.

(N. 61. in fol.; olim N. 19. in 8vo.)

Codex in fol. minore, foll. 235. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi mediocriter scriptus, continens *collectionem poëmatum Schihâb ed-dîni el-Chafâg'î,* ejusdem, ut videtur, poëtae, quem clar. de Hammer vocat: Schihâb ed-dîn A'hmed bin Mu'hammed bin 'Omar el-Chafâg'î, et mortuum esse tradit a. h. 1069. (Chr. 165$\frac{8}{9}$.); vid. Wiener Jahrbb. vol. LXXXVI. Anzeigebl. pag. 41. et 51. sqq. Idem scripsit commentarium in librum celeberrimum 'Harîrii درة الغوّاص et Sultano Turcico Murâdo IV. dedicavit; cfr. fol. 26. v. codicis nostri. Vid. praeterea 'H. Ch. T. III. p. 206. Fol. 1. r. annotatur: ديوان الشهاب الخفاجى رحمه الله تعالى الخ ، et infra: شهاب افندى رحمه الله تعالى امين ، . Praefationis initium, fol. 1. v.: ما انتظم من عقد ثناء فى جيد الايام ، . Carmina incipiunt fol. 4. r., desinunt fol. 235. r.

CCLXXXIV.

(N. 164. in 4to; olim N. 46. in 8vo.)

Codex in 4to, foll. 74. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi eleganter quidem scriptus, sed minus accurate, continens *corpus poëmatum,* quae composuit *A'hmed bin Abî -lqasim el-Chalûf el-Andalusî.* Fol. 1. r. legitur: هذا ديوان العلامة بن خَلُوف الاندلسى عفى عنه ، . Initium praefationis, a collectore scriptae, et ejusdem, quæ in cod. sequenti fol. 1. v. lin. 1—12. legitur, fol. 1. v.: حمدا لمن خلق الانسان، ومنّ عليه ببديع البيان ، وخصّ الخواص ببلاغة التبيان ، . Poëtae nomen plenius exhibet praefatio, pag. eadem: فهذى ما وجد من نظم العبد الفقير — احمد بن ابى القسم الخلوف رحمه الله تعالى ، يقول ، . Deinde incipiunt ipsa poëmata, ad alphabeticum ordinem disposita, exceptis minoribus, quae collectionem claudunt fol. 64. v.—74. v. Scriptio absoluta in Aegypto mense Dû -l'hig'g'e a. 1118. (Chr. 1707.)

CCLXXXV.

(N. 62. in fol.; olim N. 25. in fol.)

Codex in fol., foll. 39. chartae orientalis, char. Neschi satis bene scriptus, continens *collectionem poëmatum,* quae composuit *Ibn Meng'ek Bâschâ.*)* Titulus, fol. 1. r. recentiore manu inscriptus: هذا ديوان الاديب — — ابن منجك باشا رحمه الله تعالى الخ ، . Praefationem praemisit idem editor anonymus operis antece-

*) Si modo ita pronuntiandum est hoc nomen: منجك باشا .

dentis, cujus initium, fol. 1. v., hoc est: حمدا لمن خلق الانسان ومنّ عليه ببديع الامتنان ، In hac praefatione nomini Ibn Meng'ek Bâschâ adjicitur: ابن المرحوم محمد باشا ، . Poëmata incipiunt fol. 3. r., desinunt fol. 38. v., ubi subscriptionem finalem sequi debebat collectio carminum beati *Ibn ed-Durre*; sed praeter inscriptionem nihil reperitur.

CCLXXXVI.

(N. 165. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 376. chartae Europaeae, char. Africano satis nitide sed litteris minusculis et minus distinctis exaratus, *carmen Maqszûra Imâmi Abû-l-'Hasan 'Hâzimi*, Carthagine nova Hispaniae sec. XIII. p. C. degentis, cum *commentario amplissimo Mu'hammedis bin A'hmed Granadensis* continet.

Fol. 1—4. nihil scripti continent; fol. 5. r. titulus legitur: شرح الفقيه الامام ابى عبد الله محمد بن احمد الشريف الغرناطى على مقصورة حازم رحمه الله بمنّه ، . Infra titulum et in margine traditio de liberalitate 'Hasani bin Sahl Veziri, quae apud Ibn-Challikânum ed. de Slane p. 209. invenitur, et versus aliquot Zubeiri bin Bekkâr atque 'Abd el-Qâdiri Gîlâni theologi celeberrimi leguntur.

Fol. 5. v.—6. v. praefatio commentatoris post Besmelam sic incipiens: الحمد لله الذى علم بالقلم وهدانا الخ ، ubi nomen poëtae exhibetur: — — مقصورة الامام الاوحد ابى الحسن حازم بن محمد بن حسن ابن حازم الانصارى القرطاجنى ; quam excipit usque ad fol. 17. r. prooemium poëtae in particulas commentario illustratas divisum, quarum prima haec est: قال الامام ابو الحسن ره الحمد لله الذى انطقنا بافصح الالسن ووفقنا الى التمييز بين ما يقبح من الكلام وما يحسن وصلى الله على سيدنا محمد افضل من سمعت به الاذان ونظرت اليه الاعين ; sequitur fol. 17. r. —26. v. tractatio uberior commentatoris de nominibus troporum, qui in loco prooemii occurrunt. Fol. 26. v. initium carminis metro الرجز compositi et minio exarati commentario subjecto legitur:

الا ما قد هجت يا يوم النوى ،
على فادى (sic) من تباريح الجـــــوى ،
لقد جمعت الظلم والاظلام اذ ،
واريت شمس الحسن فى وقت الضحى ،

Poëma el-'Hâzimi mille versus continens, quare ألفيّة quoque nominatum est, et ad exemplar carminis celeberrimi Maqszûra Ibn-Dureidi compositum saepissime ut illud res gestas Arabum commemorat; Sultano Africae Mustansziro-billah ex familia Hafszidarum dedicatum est, cujus nomen fol. 7. r. legitur: الخليفة المستنصر بالله أمير المؤمنين أبوا (sic) عبد الله هو صاحب افريقية أبوا (sic) عبد الله محمد بن الأمير أبى زكرياء يحيى بن أبى عبد الواحد بن أبى حفص [cfr. Casiri T. I. N. CCCLXXX. et T. II. p. 226]. Regnum Tunetanum is tenuit sec. XIII. p. Ch.; confudit eum Casirius sub numero CCCCLII., ubi idem carmen commemoratur, cum Chalifa Fathimidico Mustansziro billah [† 427. p. H.]; a quo poëta noster praemium mille denariorum aureorum accepisse dicitur fol. 15. r. lin. ult.: وقد ذكر أن أمير المومنين أبا عبد الله المستنصر صاحب افريقية وصل أبا الحسن حازما على مقصورته هذه بألف دينار من الذهب العين بحساب دينار لكلّ بيت ، — Epilogus commentatoris f. 374. v. legitur, et infra eadem pagina nomen scribae مصطفى بن على بن عماد بن عبد الجليل invenitur; absolutus est codex noster a. 1241. p. H. = $18\frac{2}{2}\frac{6}{7}$ p. Ch.

Fol. 375. r. poëmation 11. versus continens adjunctum est, quo opus praecedens celebratur.

Accedunt foll. 375. v. et 376. particulae duae Ibn-Challikâni, vita Abû Suleimâni bin el-Qirriat et fragmentum vitae 'Hammâdi الراوية dicti, quod verbis abrumpitur: فقلت فى نفسى من هذا كنت اخاف ; vid. ed. de Slanii p. 121. sq. et 240.

Codex noster ad libros b. Falbii pertinens a bibliotheca regia cum aliis codd. orient. suis locis commemorandis comparatus est.

CODICES DE AMORE ET RE VENEREA.

CCLXXVII.

(N. 166. in 4to; olim N. 36. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 304. chartae Europaeae laevigatae, char. Neschi bene scriptus, continens librum, qui vocatur: كتاب تزيين الاسواق بترتيب احوال العشاق ، i. e. *Fora, amantium condicionibus belle expositis ornata.* Hoc enim nomine in ipsa praefatione (fol. 4. r.) designatur, in titulo tamen, fol. 1. r. legitur: كتاب تزيين الاسواق بتفصيل اسواق العشاق تاليف الشيخ العلامة داوود البصير الحكيم رحمه الله رحمة واسعة ام ، Sed haec mendose scripta sunt et reponendum est: كتاب تزيين الاسواق بتفصيل اشواق العشاق ، ut est in cod. Gothano, de quo egit Kosegarten in praefat. ad chrestom. Arab. pag. X. Aliud ejusdem libri exemplum sine dubio continet cod. Gothanus 956. Auctorem Möllerus vocat Sein ed-dîn David et-thabib; de quo nos quidem nihil compertum habemus.*) Praefationis initium, fol. 1. v.: الحمد لله الذى اطلع فى بروج اعتدال القدود ، Librum suum profitetur auctor esse compendium libri: اسواق الاشواق ، concinnati ab Abû-l'hasan Ibrahîm bin 'Hasan b. 'Omar er-Rabbât**), noti sub nomine el-Beqâ'i, qui vestigia pressit Abû Bekri Muhammedis bin 'Huncin el-Baghdâdî es-Serrâg'***) in libro: مصارع العشاق ، Dividitur liber Davidis nostri in introductionem, quinque capita, coronidem; indicem e cod. suo MS. dedit Hammerus, Wiener Jahrbb. vol. LXIII. Anzeigebl. pag. 16.; sed in nostro codice hae sunt capitum inscriptiones: ١ فى مصارع محب الله تعالى ، ٢ فى عشاق الجوارى ، ٣ فى عشاق الغلمان ، ٤ فى ذكر خُلق العشق فيما سوى البشر ، Et hoc quidem caput divisum est in duas sectiones (نوعان), quarum prior est: فى الجن; posterior: فى الحيوان والنبات والمعدن والعناصر والافلاك ، Caput V. denique continet: نكت وعجايب ولطايف وغرايب من اصول هذه الصناعة ، Introductio incipit fol. 5. r.; clauditur coronis fol. 301. v., ubi in subscriptione finali hoc modo expressum est libri nomen: تزيد الاسواق بتفصيل اشواق العشاق ، — Excerpta nonnulla e cod. Gothano publici juris fecit Kosegarten in chrestom. Arab. pag. 22—27.

*) A clarissimo medico Davide Antiocheno, coeco, nostrum distinguit codicis titulus, adjecto epitheto: البصير.

**) In cod. Bibl. Reg. CLXXII. idem scriptor vocatur: البقاعى ابرعيم بن غزه ،

***) In cod. CLXXII. vocatur is: ابو محمد جعفر بن احمد المعروف بالسراج القارى ، Conf. Kosegarten, l. l. pag. X. sq.

CCLXXVIII.

(N. 167. in 4to; olim N. 34. in 8vo.)

Codex in 4to, foll. 176. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi distincte scriptus, continens librum, qui vocatur: كتاب تحفة العَروس ونزهة النفوس ، i. e. *Donum sponsi et oblectamentum animorum*, auctore *Abû 'Abd allâh bin Abî 'Abd allah Mu'hammed bin A'hmed bin Mu'hammed bin Abî -lqâsim et -Teg'ânî*; de quo vid. 'Hâg'î Chalfa, vol. II. pag. 232., Casirius, vol. I. pag. 164. n. DLIX. Libri titulus auctorisque nomen leguntur fol. 2. r. Praefationis initium, fol. 2. v.: الحمد لله الذى سوّغنا الفضل جزيلا وفضّلنا على كثير ممّن خلق تفضيلا ، Dividitur totus liber in capita XXV., quorum primum incipit fol. 5. r., desinit ultimum fol. 176. r. Absoluta est scriptio mense Schawwâl a. 1125. (Chr. 1713.); librarii nomen: محمد مطر. Edita sunt hujus libri praefatio et Capita I., VII., VIII. transscriptione lithographica et charactere Africano, Parisiis et Algeriae a. 1848.

CCLXXXIX.

(N. 168. in 4to; olim N. 78. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 64. chartae orientalis laevigatae, char. Africano bene scriptus. Continet:

I. Librum obscoenissimum, qui vocatur: كتاب الرّوض العاطر فى نزهة الخاطر، i. e. *Hortus fragrans de deliciis animi,* auctore *Abû 'Abd allâh 'Omar bin Mu'hammed en-Nefzâwî*, ut legitur in limine libri, fol. 1. v. Praefationis initium: الحمد لله الذى جعل اللذة الكبرى للرجال فى فروج النساء. Idem scriptor jam antea minoris molis librum composuerat, in eodem argumento versantem, cui titulus: تنوير الوقاع فى اسرار الجماع؛ hunc vero nostrum scripsit instigante Mu'hammed bin 'Awâne ez-Zewâwî, Wezîro 'Abd el-'Azîzi, principis Tunetani. Divisus est in capita XXI., quorum primum incipit fol. 4. r., desinit ultimum fol. 61. r. Absoluta est scriptio mense Ramadhân a. 1133. (Chr. 1721.); librarii nomen: عبد الخالق بن الشاحلى الشاوى ثم الوراوى نسبا الان اللمتوفى اصلا. — Sequitur:

II. Fol. 61. v.—64. v. *Initium narrationis de Meg'nûno et Leilâ,* eadem manu scriptum, qua superior liber. Inscriptio: قصة ليلى العمرية مع عشيقها قيس بن الملوح رحمة الله عليهما. Conf. cod. Bibl. Reg. CCXXXV.

CCXC.

(N. 169. in 4to; olim N. 18. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 50. chartae orientalis, char. Neschi bene scriptus, continens librum, qui appellatur: لوعة الشاكى ودمعة الباكى، i. e. *Afflictio querentis et lacrima flentis.* Est idem liber obscoenissimus, qui reperitur in cod. Bibl. Senat. Lips. CCXCVI. fol. 21. r.—49. v.; vid. Fleischerum pag. 533. sq. Adscribitur in titulo codicis nostri, fol. 2. r., *G'emâl ed-dîno Jûsuf,* concionatori in templo Szalâ'hico Babylone (الخطيب بالجامع الصلاحى ببابل،). Sed in codice sequenti, eundem librum continente, in cod. Escurialensi CCCCXXIX.*) et in cod. Gothano 100.,**) auctor fuisse perhibetur clar. *Szalâ'h ed-dinus esz-Szafedî*, de quo vid. ad cod. CCLXIII.; atque apud 'Hâg'î Chalfam T. V. p. 344. liber ejusdem nominis adscribitur *Zein ed-dîno* cuidam *Manszûr*; ita ut de ea re non satis constet. Incipit liber fol. 1. v., clauditur fol. 49. v., exaratus manu Suleimâni bin 'Husein ibn el-Emîr G'ânum (جانم) el-Jeschbekî. Comparavit hunc librum in Oriente b. von Haven, teste inscriptione folii 50. r.: صح انه بقى هذا الكتاب مُلك للخواجا فون هاون،

CCXCI.

(N. 170. in 4to; olim N. 82. in 4to.)

Ejusdem libri exemplum alterum, in 4to, foll. 69.***) chartae orientalis laevigatae, char. Neschi distincte scriptum, sed minus accurate, quam codex superior. Titulus fol. 1. r. inscriptus: كتاب لوعة الشاكى ودمعة الباكى للشيخ الامام العالم العلامة صلاح الدين الصفدى رحمه الله تعالى، Incipit liber fol. 2. r., desinit fol. 69. r.

CCXCII.

(N. 52. in 8vo; olim N. 40. in 8vo.)

Codex in 8vo, foll. 142. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi mediocriter exaratus†), continens librum, qui in praefatione vocatur: كتاب نزهة الالباب فيما لا يوجد فى كتاب، i. e. *Oblectamentum cordium, de rebus agens,*

---

*) Codex CCCLXXXV. (Casir. vol. I. pag. 114.), in quo nomen scriptoris non reperitur, eundem plane librum continet, quem codices Haunienses.

**) Non erat referendus hic codex inter codices theologicos, si eundem librum continet, quem codices nostri.

***) Foll. 1—8. et 64—69. recentiore manu eaque satis rudi suppleta sunt.

†) Foll. 1—30. recentiore manu suppleta sunt.

quae in libris non reperiuntur. In titulo fol. 1. r. post vocem الالباب perperam additum est: والمستطاب. Auctoris nomen ibidem ita scriptum est: للشيخ احمد التّينفاشى المالكى المغربى ، . Legendum videtur: التّيفاشى aut التيغاشى; conf. Flügel in prooemio ad 'Hâg'î Chalfae vol. II. pag. IV.; Fleischer in catal. Bibl. Senat. Lips. pag. 507. not. Sed num is recte auctor habendus sit obscoenissimi hujus libri, affirmare non possumus. In praefatione fol. 4. v. et in limine capitis primi scriptor solo nomine A'hmed designatur. Praefationis initium, fol. 1. v.: الحمد لله الذى علم طبع الانسان فى الملال وعجزه عن تحمل الاثقال الثقال ، . Dividitur liber in capita XII. Desinit codex fol. 142. v.

CODICES DE ARTE PHYSIOGNOMICA ET ONEIROCRITICE.

CCXCIII.

(N. 171. in 4to; olim N. 16. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 48. chartae orientalis laevigatae, partim char. Nesta'lîq, partim char. Neschi mediocriter scriptus, continens librum, qui vocatur: كتاب كشف الحال فى وصف الخال, i. e. *Detectio condicionis, qui liber versatur in describendis naevis,* auctoremque habet secundum 'Hâg'î Chalfam T. V. p. 204. *Szalâ'h ed-dinum esz-Szafedi*, eundem de quo diximus ad cod. CCLXIII. In hoc quidem codice nostro neque auctoris nomen reperitur, neque libri nomen integrum; sed conf. codicem sequentem. Fol. 1. r., Europaea, ni fallimur, manu inscriptus est titulus: كتاب فى وصف الخال وما جاء فى تشبيهه ووصفه ، . Praefationis initium, fol. 2. r.: الحمد لله على ما الهم وتحقيق ما اشكل سببه وابهم ، . Dividitur liber in tractatus introductorios duos, quorum hae sunt inscriptiones: المقدمة الاولى فى الخال لغة وما له بذلك من التعلق ، المقدمة الثانية فى حقيقته معنى وسبب وجوده فى الابشار وما يدل عليه فى اختصاصه فى مكان دون غيره على ما يزعمه ارباب الفراسة ، et in conclusionem (نتيجة): فيما جا فى ذلك من رقيق النظم وبديعه وجميل القول وصنيعه ، . Poëmata hujus partis ad ordinem alphabeticum disposita sunt. Incipit liber fol. 3. r., desinit fol. 47. v. Absolvit codicem mense Mu'harrem a. 996. (Chr. 1587.) Suleimân bin Dâûd Efendi.

CCXCIV.

(N. 172. in 4to; olim N. 32. in 8vo.)

Ejusdem libri apographum alterum, in 4to, foll. 58.*) chartae orientalis laevigatae, char. Neschi optime scriptum. Fol. 1. r., magnifice exornatum, titulum exhibet, litteris Kuficis scriptum: كشف الحال فى وصف الخال. Infra char. Neschi elegantissimo et auro obducto exaratum legitur: برسم الخزانة العالية العلاّية ابن فضل الله صاحب دواوين الانشاء الشريف ، . Incipit praefatio fol. 1. v., desinit codex fol. 58. v.

CCXCV.

(N. 173. in 4to; olim in Bibl. Univ. Haun. N. 6, 1. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 31. chartae, ut videtur, Europaeae, char. Neschi satis rudi scriptus, continens *fragmentum libri de oneirocritice,* qui in praefatione appellatur: كتاب الاشارة فى علم العبارة ، , i. e. *Liber indicii, agens de scientia interpretationis somniorum.* Idem liber est, quem 'Hâg'î Chalfa, vol. I. pag. 307. n. 760., vocat: اشارة الى علم العبارة ، , et conscriptum esse

*) Foliorum ordo a bibliopego nonnihil turbatus est; quod nunc est fol. 9., praecedere debebat folium 7.

narrat ab *Abû 'Abd allâh Mu'hammed bin A'hmed bin 'Omar es-Sâlimî.* Fol. 1. r. in limine libri titulus legitur, mendosissime scriptus, et sic fere ad mentem ejus, qui haec scripsit, restituendus: هذا الكتاب تعبير الاحلام تمت، Praefationis initium congruit cum eo, quod expressit 'Hâg'î Chalfa. E quinquaginta libri capitibus, quae recensentur fol. 4. v.—7. v., fragmentum nostrum octo priora et noni partem continere debebat, sed folia nonnulla desunt post fol. 8. et 26. Abrumpitur codex fol. 30. r.

CODICES VARII ARGUMENTI.

CCXCVI.

(N. 174. in 4to; olim N. 27b. in 4to.)

Codiculus in 4to, foll. 6. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi satis bene scriptus, continens tractatum, qui vocatur: كتاب ترغيب اهل الاسلام فى سكنى الشام، , i. e. *Exhortatio fidelium ad habitandam Syriam*, conscriptum ab *'Izz ed-dîno Abû Mu'hammed 'Abd el-'Azîz bin 'Abd es-Selâm*, mortuo a. h. 660. (Chr. 126$\frac{1}{2}$.); vid. 'Hâg'î Chalfam, vol. II. pag. 281. sq.*) Titulus libri auctorisque nomen leguntur fol. 1. r. Initium, fol. 1. v.: الحمد لله ذى الجود والاحسان والفضل والامتنان، . Fol. 3. v. incipit sectio, cui inscribitur: فصل فى تفضيل دمشق على الخصوص، . Desinit liber fol. 5. r. — Junctus erat antea hic tractatus cum codicibus LXXII. LXXIII. XLVIII. LII.

CCXCVII.

(N. 175. in 4to; olim N. 26. in 8vo.)

Szalâ'h ed-dîni Chalîl bin Aibek esz-Szafedî liber, qui vocatur: كتاب تشنيف السمع فى وصف الدمع، , i. e. *Exornatio auris, liber qui versatur in describendis lacrimis;* codex in 4to, foll. 88. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi distincte scriptus sed aqua nonnihil laesus. Titulus auctorisque nomen leguntur fol. 2. r. Praefationis initium, fol. 2. v.: الحمد لله الذى جعلنى ممّن سما بالعلم وسمع، . Eodem modo quo codices CCXCIII. et CCXCIV. compositus, duos continet hic liber tractatus introductorios: المقدمة الاولى فى ما يتعلق بالدمع من اللغة وذكر ما ترادفه وبيان اسما العين الخ، المقدمة الثانية فى ذكر سببه نقلا وما ورد فى ذلك من الاحاديث وذكر سببه عقلا الخ، , et conclusionem (تتيجة) in 37 sectiones divisam, anthologiam poëticam exhibentem. Incipit tractatus prior fol. 17. v., posterior fol. 21. v., conclusio fol. 28. v. Desinit liber fol. 88. r., ad finem perductus mense Rebî' secundo a. 1006. (Chr. 1597.), manu 'Alii bin Mu'hammed bin 'Îsâ el-Bu'heirî el-Azherî. -- De libri auctore conf. ad cod. CCLXIII.

*) Idem est scriptor, cujus mentio facta est ad cod. CCZZ.

CCXCVIII.

(N. 176. in 4to; olim N. 85. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 123. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi distincte scriptus. Titulus, fol. 1. r. inscriptus, hic est: كتاب الاشربة واختلاف الناس فيها تاليف ابى محمد عبد الله ابن مسلم بن قتيبة رحمه الله تعالى امين ، وكتاب تباشير السرور فى الشراب تاليف ابى العباس عبد الله بن المعتز بالله امير المومنين رحمة الله عليه امين ، والحمد لله وحده الخ، Continet enim hoc volumen:

I. Clarissimi *Ibn Quteibae librum de potulentis diversisque de iis hominum sententiis*, quem laudant Ibn Challikân, edit. de Slane vol.

I. pag. 352. et 'Hâg'î Chalfa T. V. p. 43. Initium libri fol. 1. v. post Besmelam atque enumerationem virorum doctorum, quorum fide genuina libri forma servata erat: الحمد لله الذى هدانا لدينه المرتضى ، Desinit liber fol. 51. v., exaratus mense Ⅾû -l'hig'g'e a. 981. (Chr. 1574.) — Sequitur deinde, eadem manu scriptus:

II. *Ibn el-Mu'tazzi similis argumenti liber*, cujus nomen integrum legitur fol. 53. r.: كتاب فصول التماثيل فى تباشير السرور ، Praemittitur libro notitia de vita auctoris et chalifae sequentis Muqtadiri billah († 320. p. H.), fol. 52. v. et inferiori parti fol. 53. r. transversis lineis inscripta; conf. quae annotavimus ad cod. CCLI. Initium, fol. 53. v.: الحمد لله اجلالا لوحدانيته واخلاصا لربوبيته ، Dividitur liber poëtas quamplurimos laudans in sectiones (فصول) quattuor; desinit fol. 123. r.

CCXCIX.

(N. 177. in 4to; olim N. 62. in 4to.)

Codex in 4to, foll. 290. chartae orientalis laevigatae, char. Neschi satis bene scriptus*), continens librum, qui vocatur: حلبة**) الكميت ، q. d. *Hippodromus equi fusci*; sed subest allusio ad tritissimam apud Arabes vini appellationem, in quo describendo et laudando hunc librum maxime versari notum est; conf. 'Hâg'î Chalfa, vol. III. pag. 106. sq.; G. de Lagrange, anthol. Arabe, pag. 164.; clar. E. W. Lane in annotationibus ad librum: the thousand and one nights, vol. I. pag. 216. Auctoris nomen in titulo codicis, fol. 3. r., ita expressum est: الشيخ العلامة المجدد اللوزجى (leg.: اللوذجى) محمد النواجى رحمه الله تعالى ، Idem apud 'Hâg'î Chalfam vocatur: *Schems ed-dîn Mu'hammed bin el-'Hasan en-Nawwâg'î**), et mortuus esse dicitur a. h. 859. (Chr. 1455.) Conf. etiam Casirius, vol. I. pag. 88. ad cod. CCCXXXVII. Praefationis initium, fol. 3. v.: الحمد لله الذى ادار كوس الادب على اهل الذوق ، Dividitur totus liber in capita XXV. et coronidem. Caput primum (فى اسما الخمر ،) incipit fol. 6. r.; desinit liber fol. 287. r. Absoluta est scriptio mense Rebî' priore a. 1032. (Chr. 1623.) — Fol. 287. v. et 288. r. narratiunculae nonnullae leguntur atque alia, quae ad librum superiorem non pertinent, negligenter exarata.

*) Recentiore manu, eaque non indocta, suppleta sunt folia 63—73. 164—180. 201—281.

**) Errant qui pro حلبة exprimunt: حلية; vid. Catal. Bibl. Paris. ad cod. 1566; Herbelotium s. v. Heliat al Comait.

*) Ita Flügelius; sed praestat fortasse pronuntiatio: *en-Newâg'î*.

CCC.

(N. 53. in 8vo.)

Collectio litterarum mercatoriarum et alius argumenti, quae continet: 1. 2. Indices mercium Alexandria a navigatore Gallico, Andrea Darbîque [اندريا دربيك] nominato, vectarum; tempus indicatum est: dies septimus mensis Reg'eb a. 1067. (Chr. 1657.). — 3. Litteras Arabicas ad Emîrum quendam, cujus nomen est 'Alî, in Syria habitantem, mercatorem quendam Europaeum commendantes, de cujus nomine nobis non constat. Subscripserunt nomina sua duo homines, quorum alteri nomen A'hmed. — 4. Apographum mandati, quo Imâmus Szan'âae C. Niebuhrium ejusque itineris socios suae ditionis magistratibus commendavit mense Mu'harrem a. 1177. (Chr. 1763.) E bibliotheca b. Adleri.

CCCI.

(N. 17*. in 8vo; ex codd. Falbii.)

Cod. in 8vo, foll. 208. chartae Europaeae, char. Neschi satis bene scriptus, precationes, formulas talismanicas, similia, quae ad superstitionem Arabum attinent, partim lingua Turcica composita continet. Inter quae notanda sunt:

fol. 5. r.—16. v. Calendarium Christianum cum descriptione mensium ejusdem argumenti, quod in cod. XLIX. IV. legitur;

— 21. r.—38. v. الحزب الكبير auctore Abû-l-'Hasan esch-Schâdilî [†656.=1258.p.Ch.], cujus initium: إنّ الله اشترى من المومنين انفسهم الخ ،;

— 49. r.—52. r. حزب البحر ejusdem auctoris vid. 'H. Ch. T. III. p. 56. sqq. cfr. Cod. XLIX. IV.

— 53. فصل فى فوائد خاتم علىّ بن أبى طالب ،

— 57. v.—62. r. قصيدة دمياطى, cujus initium hoc est:

بدأتُ ببسم الله والحمدُ أوّلا، على نعم لم تحص فيما تنزّلا ،

cfr. Fleischer. Cat. biblioth. Sen. Lips. p. 435.

— 81. r.—90. r. Annus Christianus cum descriptionibus mensium duodecim; eodem modo descriptus annus Muhammedanicus.

— 90. r.—130. r. Astronomica et Astrologica, inter quae hic titulus: هذا القوانين الايام طيبات وتحس (sic) tractationi Turcicae inscriptus est.

— 152. r.—156. v. carmen, المنفرجة i. e. consolatorium dictum, cfr. Cod. CCXLII. N. VI. et Fleischeri Cat. bibl. Sen. Lips. p. 435. Titulus hic inscriptus est: (sic)هذا لدعاء منفرجى, et versus primus sic legitur:

اشتدد ازيمة تنّم فرجى ، قدْ اذن ليلكى بانبلاجى ،

— 189. r.—203. v. Opusculum, cui inscriptum est: هذا لكتاب (sic) المسمّى بسبحة العشّاق ، i. e. *corona precatoria amantium*, poëma Turcicum, commentarium in centum traditiones propheticas continens auctore Latîfî. Cfr. 'H.' Ch. T. III. p. 576. Cetera folia varia تسبيح continent.

In locis quibusdam codicis annus scriptionis indicatur 1244. et 1247. (1828. et 31. p. Ch.); in fol. 1. r. annus 1251. legitur.

CCCII.

(N. 54. in 8vo.)

Ingens collectio foliorum non compactorum in 8vo, *precationes* continentium, *formulas talismanicas*, *similia*, quae Arabum superstitionem spectant, diversis temporibus a diversis hominibus char. Africano scriptorum.

CCCIII.

(N. 178. A. et B. in 4to; ex codd. Falbii.)

A. Fragmenta, char. Africano varia manu mediocriter exarata, varii argumenti. Fol. 1. r. desinit narratio de palatio aureo, cujus subscriptio finalis haec est: انتهى ما وجدناه مفيدا من حديث قصة قصر الذهب الخ

Fol. 1. v.—33. v. sequitur opusculum, cui titulus inscriptus est: كتاب الزهر الفائح فى وصف من تنزّه عن الذنوب والقبائح ، i. e. „*liber floris odoriferi de descriptione virorum, qui culpis et maleficiis immunes fuerunt.* Traditiones multifarias argumenti paraenetici continet.

Fol. 33. v.—48. tractatio historici argumenti, cui inscriptum est: غزوة تكريت لعلى بن أبى طالب ، *Expeditio Tacritensis 'Alii bin Abî Tâlib*, quam initio chalifatus contra praefectum Tacritensem Satî'h el-Gassânî, qui rebellaverat, fecit.

Fol. 48. v. in epilogo scribae annus 1157. ($17\frac{4}{4}\frac{4}{5}$. p. Ch.) invenitur; in fine 5. versus leguntur, quorum hoc est initium:

كتبتُ وقد أيقنْتُ لا شكّ أنّنى ،

ستفنى يدى يومًا ويبقى كتابيا ،

cfr. cod. CCIV. — Accedunt 3. folia traditiones et alia nullius momenti continentia.

B. Fragmenta *historiae 'Antari* manu Europaea exarata; inscriptio legitur in medio libro: هذا كتاب السابع (sic) من سيرة الامير عنتر بن شداد بن قراد صاحب الطعن والطراد. Cfr. Cat. Cod. orient. Bibl. Bodleyanae P. II. vol. II. p. 150. N. CLXV.

CCCIV.

(N. 179. A. et B. in 4to.)

A. *Collectio fragmentorum variorum*, in 4to, unde pauca hoc loco commemoratione digna videntur; in his:

I. Initium tractatus, qui vocatur: ذخر العابدين ، i. e. *Thesaurus adorantium*, auctore

محمد بن عبد اللطيف بن فرسنة, foll. 10. Praefationis initium: الحمد لله الذى هدانا للاسلام واكرم علينا بانواع الافضال والانعام. Argumentum libri hoc modo exponit auctor: وسالة فى فضايل رجب وشعبان وفضيلة شهر رمضان الذى انزل فيه القران وفيضلة (sic) يوم العيدين يوم المغفرة للصايمين من رب الانام وفضيلة الايام العشر من ذى الحج الى بيت الله الحرام وفضيلة يوم عاشوراء ويوم الجمعة يوم العتاق من النيران. Subsistit fragmentum nostrum in capite de praestantia mensis Ramadhân.

II. Initium libri (*المنبّهات, traditiones continentis, auctore *Szafijj ed-dino A'hmed bin'Ali*, vulgo *Ibn'Hug'r* dicto, aut fortasse Ibn'Hug'g'e; non enim liquet; foll. 20. Initium: الحمد لله الذى علم بالقلم علم الانسان ما لم يعلم**).

III. Initium compendii *jurisprudentiae secundum statuta Imâmi esch-Schâfi'î*, auctore *A'hmed bin el-'Husein el-Iszfahânî*, foll. 10.

IV. Tractatio foll. 3. de occulta significatione litterarum, quae in initiis Surarum inveniuntur.

B. Accedunt plurima fragmenta Coranica, varia manu exarata.

CCCV.

(N. 180. in 4to.)

Collectio fragmentorum variorum minoris momenti, inter quae inveniuntur:

I. tria ultima folia cod. antiqui char. Neschi majore satis bene exarati; continent traditiones de Loqmâno ad proverbia varia declaranda spectantes. Adnotatur fol. 3. r. هذا اخر المجلس المائة وتم بتمامه الكتاب, et fol. 3. v. scriptio a. 619. (1223. p. Ch. n.) absoluta esse dicitur.

II. Fragmentum versionis Psalterii, foll. 12. mediocriter scripta a. 1687. p. Ch. n.

III. plagula una in fol., cui inscriptum: „*Diptique des Eneques et Patriarches des Grecs,* ou sont specifies seulement le nom des villes, vilages et Prouinces ou ils sont de residence". Exarata est haec enumeratio a. Chr. 1733.

*) Insunt enim: منبّهات على الاستعداد ليوم المعاد.

**) Eadem verba leguntur in limine cod. Regii CCLXXVIII.

CCCVI.

(N. 55. in 8vo.)

Collectio fragmentorum in 8vo et forma minore, e qua commemoranda sunt:

I. Finis opusculi de flexione linguae Arab. مراح الارواح appellati, inde a Cap. V. de formis infirmis, cfr. Cod. CXCI. fol. 33.; foll. 12. continet char. Neschi satis bene scripta.

II. Carmina didactica foll. 11. metro الرجز composita, varii argumenti, charact. Africano pessime exarata.

III. Carmina erotica foll. 24. formae minoris, charact. Neschi satis bene exarata, quae Amrul-Qaiso adscribuntur.

Nuperrime accesserunt:

CCCVII.

(N. 23*. in 8vo.)

Cod. chartae Europaeae laevigatae satis bene scriptus continet كتاب الرياضات i. e. *Liber exercitationum Ignatii Loyolae* ex Latino in Arabicum sermonem per Patrem Jesuitam بطرس فرماج Sidone a. 1731. versus. Liber divisus est in prooemium, 31. contemplationes [تأمّل], 10. explicationes [الاعتبار] in dies 10. distribuendas.

CCCVIII.

(N. 14*. in 8vo; ex codd. Falbii.)

Coranus foll. 304. in 8vo, char. Neschi nitide exaratus, punctis aureis ornatus. — Nomen scriptoris indicatur: عبد الله بن - على بن سليمان افندى الامام الكروى a. 1087. (16$\frac{76}{77}$. p. Ch.) In dorso ligaturae corio impressum est: لا تمسه الا المطهرون.

CCCIX.

(N. 106*. in 4to; ex codd. Falbii.)

Cod. in 4to, foll. 87. char. Neschi satis bene scriptus eadem quattuor opuscula de grammatica Arabica, quae cod. CXCI. continet. Accedunt fol. 75. v.—fol. 86. v. tabulae flexionis verbi نَصَرَ cum explicatione Turcica. Exaratus est codex noster a. 1185. (17$\frac{71}{72}$ p. Ch.)

Corrigenda et Addenda.

P. 14. I. l. 12. oontinuo l. continuo.

— 22. I. l. 22. רוּנֵן l. רוֹנֵן.

— 40. II. l. 19. الصحيح l. الصحيح.

— — l. 8. inf. حمّ l. تمّ.

— 44. II. l. 12. يعمّ حكم l. يعمّ حكمه.

— — l. 14. المنقلية l. المنقلبة.

— 46. I. l. 13. inf. في الصلوة l. في ذكر الصلوة.

— — II. l. 7. inf. سعيد سليمن الجزلى l. سيد سليمن الجزولى

— 47. I. l. 2. رُقيِّك l. رُقيِّك.

— 48. I. l. 6. quibæ l. quae.

— 49. I. l. 4. سليمان الأشعث l. بن الاشعث.

— 52. I. l. 13 inf. Pro verbis: „Commentarius in librum" legendum est: Commentarius in poëma didacticum metro الرجز compositum, versus 314. continens, cui nomen: المرشد المعين الخ

— 52. II. Ad n. 4. notandum est: tractatus es- Senûsii [عقيدة] sub titulo editus est: El-Senusi's Begriffsentwickelung des muhammedanischen Glaubensbekenntnisses von M. Wolff. Leipzig, 1848. quem Fleischerus in cat. biblioth. Dresd. n. 216, 2. commemorat.

P. 53. II. De codice LXII. notandum est, eum apographum cod. superioris esse.

— 54. I. l. 8. يا من لاحوط leg. يا من لا يحوط.

— — l. 5. inf. المختصر l. المختصر, de quo opere cfr. H. Ch. T. V. p. 451.

— 55. II. l. 9. inf. وستة l. وتسعة, et quae sequitur adnotatio de congruentia versuum numeri in cod. Dresd. omittenda est.

— 58. I. l. 11—12. والبشريات النذيرات l. والبشيرات والنذيرات.

— 59. I. l. 5. اسكندرى l. السكندرى.

— — II. l. 3. الاسكندرى l. السكندرى.

— 61. II. l. 7. De significatione verbi „cathismata" cfr. Relandi de religione Muhammedica ed. alt. Trajecti ad Rhenum 1717 p. 91. adn. b.

— 70. I. l. 13. continnatio l. continuatio,

— 73. II. l. 6. N. LVI, 5. l. N. LXI, 5.

— 73. II. Ad. N. XCIII. notandum est:

Desinit cod. inde a f. 209. v. in carmen versus 119 continens, cui inscriptum est: هذه قصيدة جامعة لغالب ما تقدم من احوال يوم القيامة واسميا قلادة الدر المنثور في ذكر البعث والنشور cfr. N. XCV.

P. 74. I. l. 2 inf. et sqq. Ad verba: Incipit codex etc. notandum est:
Fol. 3. ante fol. 2 errore bibliopegi positum est, ita ut unum tantum folium intercidisse videatur.

— 75. I. in adn. l. 3 inf. bibliopega l. bibliopego.

— II. l. 11 inf. tabulas IX — leg. tabulas VIII —

— 76. I. l. 5. ثلا-- l. ثلاديب.

— 79. II. l. 7. Ante verbum „Absolvitur" inserendum est: Fol. 435. r. haec adnotatio legitur: تم في النسخة التى نقلت منها هذه هناك فيها بياض نحو عشرين سطرا ثم عقب ذلك بقوله بزدرة [leg.: بيزرة]; sequitur tractatus de arte falconaria in مقدمة, 3. مباحث, خاتمة divisus, qui fol. 442. v. his verbis concluditur: فهذا جماع ما تدعو اليه الحاجة من هذه الصناعة وما عداه فتطويل بلا فائدة والله سبحانه الخ

— 80. II. l. 9. الغدا l. الغذا.

— — l. 12. Post verba: „varia medicamenta" adde: numero 550.

— 85. I. l. 3. add. Chrest. Ar. par de Sacy. T. 1. p. 390. sq. et Anth. Gr. p. 433.

— 85. II. lin. ult. post: شهاب الدين adde nomen: احمد.

— 86. II. lin. 11. G'enâbii l. G'ennâbii.

— 88. I. l. 8—10. Verba: „omisso — اما بعد" delenda sunt; codex enim ut superior incipit.

— 88. II. l. 9. „Omari" leg. „Uϑmâni", et l. 11. pro „sequitur vita etc." leg. „continuantur traditiones de Uϑmâno Chalifa, quas excipiunt etc."

P. 89. II. l. 4. inf. زهير l. زهير.

— 93. II. l. 17. Pro „Caput primum" l. Praefatio [المقدمة], et post „fol. 3. v." adde: caput primum fol. 9. r. Legitur fol. 82. r.: هذا اخر ما يسر الله جمعه من هذا التأريخ وقد رأيت ان اثبت هنا الارجوزة التى نظمتها لما شملتها المسماة أحسن السلوك في نظم من ولي مدينة الزبيد من الملوك quod poëma vita auctoris sequitur inde a fol. 85. r.—87. r.

— 95. I. Ad. N. CXLIII. addendum est: Versio Anglica hujus operis sub titulo edita est: the history of the temple of Jerusalem translated from the Arab. Ms. of the Imâm Jalal-Addin al-Siuti with notes and dissertations by the Rev. James Reynolds London 1836.

— 95. II. l. 8. كتان l. كتاب.

— 96. I. Ad N. CXLVII. I. notandum est: Inter foll. 8. et 9. aliquid excidisse videtur; ad II. l. 14. inf. pro „a. 930." l. 902. [Chr. $14\frac{96}{97}$]; numerus Arabicus enim ثنتين legendus esse videtur, ita ut emendatione explicationis sequentis non opus sit.

— 100. II. l. 11. Post verba „vel potius ab a. 591." addendum est: deest enim fol. unum.

— 101. I. l. ult. حمية l. حميت.

— 102. II. l. 2. Pro Abi-rrebî' Suleimân l. Jûsuf Abî Ja'qûb.

— 106. I. l. 16. inf. et II. l. 11. inf. pro foll. 240. l. foll. 237., quo errore numeri in columnis sequentibus minus accurate indicati sunt; sic quoque in adnot. l. 4.—3. inf. l.: „ut folium 26. excipiant quae nunc sunt folia 28. 29. 27. 31. 32. 30. 35. 33. 34. 36." et l. 2. inf. pro „fol. 38." leg. 37.; l. 5. inf. leg. „bibliopego".

P. 108. I. l. 11. inf. Pro بيا قمنعه l. به قمنعه, et II. l. 5. pro عمله سواه l. عمّن سواه.

— 109. I. l. 5. inf. مقتضب l. مقتضب.

— 110. II. l. 3. In nota ad verba والقطب على الشمسية addendum est: „et cfr. N. CLXXXIII, IV., ubi idem opus adest", quare verba: „sed in bibliotheca Regia non reperiuntur" tantum de utroque opere antecedente valent.

— 110. II. Ad N. CLXXVI. notandum est: De auctore commentarii ex locis hujus operis in cod. CLXXXIV. ad verba allatis, ubi nomen indicatum est, certo statuendum est, Ibn el-'Hâg'ib hunc commentarium الايضاح nominatum conscripsisse.

— 111. I. l. 4. Pro زف لسر l. رب يسّر, sic ut verbum الله initium textus sit, quod sequitur explicatio commentatoris: أجهر على الخ; l. 5. pro للامم l. للأمر.

— 112. II. l. 3. inf. Post verba „commentarium in Ibn el-'Hâg'ibi Kâfiam" addendum est: editum Calcuttae a. 1818.

— 113. II. Initium descriptionis Cod. CLXXXIV sic emendandum est: „*Commentarius in Ibn el-'Hâg'ibi tractatum de flexione grammatica et orthographia*, qui الشافية vocatur, auctore ignoto. Textus plerumque lineis rubris distinctus est.

— 114. II. Ad N. CLXXXVII. notandum est: de Bedr ed-Dîno el 'Ainî, scriptore illustrissimo, cfr. Quatremère histoire des Sultans Mamlouks T. 1. Partie II. p. 219—228, ubi opus nostrum p. 225. 10. nominatum est.

— 115. I. l. 12. المفتن l. المفتى.

— . — l. 16. رفيق l. رقيق.

— — l. 22. Szin'hâg'î l. Szinhâg'î.

P. 117. I. l. 9. Pro „'Hasani bin Jusuf" l. Jûsuf bin 'Hasani.

— 117. II. l. 4. inf. رحمة الله l. رحمه الله.

— 118. II. De cod. CXCIX. cfr. 'Hag'i Chalfa T. V. p. 586.

— 119. I. in adn. lin ult. „es" leg. „est".

— 121. I. l. 12. Ut sensus verborum Arabicorum prodeat, post ا'وقف hoc inserendum est:

وعلى ذلك يتخرّج اللغز المشهور وهو قوله
إنّ هِنْدُ المليحةُ الحسناءِ وَأْيَ مَنْ أَضْمَرَتْ لِخِلٍّ وَفاءِ

— 121. II. l. 19. Post nomen „el-'Hilli" addendum est: quorum singuli versus in commentario afferuntur.

— 122. In indicatione paginae 122. pro 221. leg.

— 122. I. l. 9. Post verbum „videtur" supplendum est: sic quoque lacuna post f. 78. adest.

— 122. I. In lin. ult. notae ultimae post „pag. 5. sqq." addendum est: cujus excerpta germanice vertit et publici juris fecit: Zeitschrift d. d. m. Gesellsch. 5ter Band II. III. Heft. p. 179. sqq. et 289. sqq.

— 123. I. Ad n. II. supplendum est: cfr. editio cl. Fleischeri: 'Alî's 100 Sprüche Leipzig 1837.

— 124. II. l. 1. فى بدايع بدايه l. البدايه --

— 124. I. Sub n. CCX. l. 5. post nomen لأبي احمد inserendum est محمّد.

— 126. I. l. 13. Ante verbum „Continet" inserendum est:
„In opere illo majore versus poëtarum in quinque classes divisi erant: المطرب, المرقص, المقبول, المسموع, المتروك, quarum definitiones

fol. 2. v.—3. r. leguntur, unde utriusque prioris, المرقص et المطرب, specimina in hoc libro afferuntur.

P. 127. I. l. 15. Pro „pag. 42—44. capitis tertii etc.“ l. „pag. 42—44. capitis tertii ejusdem sectionis pars et capitis quarti partis secundae libri primi particula: de ignibus Arabum“.

P. 129. II. l. 20. Pro الدولة l. الدول.

— 130. I. l. 14. Post „el Bustî“ inserendum est: cujus idem poëma celeberrimum allatum est, quod in Cod. CCXLII. VII. legitur“; post Ibn en Nebîh: „cfr. Cod. CCLXVII. f. 17. r.

— 131. I. l. 18. الخطيب l. الخطيب.

— 143. II. l. 2. inf. العيلف l. العليف.

INDICES.

I.

INDEX

scriptorum Arabicorum, quorum in hoc catalogo mentio facta est.

Nomina cum verbis ابن et ابو composita.

II.

INDEX

operum Arabicorum, quorum nomina in hoc catalogo inveniuntur.

III.

INDEX

nominum gentilium et geographicorum, quae in hoc catalogo occurrunt.
